PAPPI ALEXANDRINI
COLLECTIO.

PAPPI ALEXANDRINI
COLLECTIO.

PAPPI ALEXANDRINI
COLLECTIONIS
QUAE SUPERSUNT

E LIBRIS MANU SCRIPTIS EDIDIT
LATINA INTERPRETATIONE ET COMMENTARIIS
INSTRUXIT

FRIDERICUS HULTSCH.

VOLUMEN I.

INSUNT LIBRORUM II III IV V RELIQUIAE.

BEROLINI
APUD WEIDMANNOS
MDCCCLXXVI.

PRAEFATIO.

Pappi Alexandrini collectionem mathematicam, cuius codices manu scripti neque rari erant nec fere ignoti, nonnulli iam viri docti in publicum edere cogitaverunt, pauci etiam incohaverunt; nec tamen ea vel consilia vel operis initia quisquam perduxit ad finem. Ac mihi quidem, cum primum studiorum tirocinio peracto ipse iam, quantum in me esset, operam aliquam Graecis litteris navare institui, Pappi reliquias ex tenebris minime meritis in lucem vindicare animo erat fixum et destinatum; sed anno demum 1864, postquam Heronis geometrica et quaecunque alia id genus elaboranda erant absolvi, viam hanc difficilem et arduam ingredi suscepi, qua tandem tot veterum mathematicorum theoremata ac problemata splendidissima, a Pappo collecta aucta illustrata, communem eruditorum in usum proponerem.

Nec defuerunt fausta statim ab initio auspicia. Nam cum de incepto meo consuluissem Theodorum Mommsen, qui insigni sua et humanitate et auctoritate nunquam petenti mihi deesse voluit, ab eoque quaesivissem, an forte in Italia, maximeque in bibliotheca Vaticana Pappi codex antiquior servaretur, quoniam Parisini reliquique tum noti essent recentissimi, ille mihi audivisse se respondit a Curtio Wachsmuth cum alios mathematicorum libros tum Pappi codicem Romae inspectos esse. Quem cum ea de re litteris adiissem, rescripsit mihi meminisse se quidem vetustum ac spectabilem Pappi codicem in Vaticana latere, sed certiorem eius rei nuntium ab ADOLPHO KIESSLING me impetraturum esse. Nec spes fefellit; nam egregia comitate hic mihi indicavit Pappi codicem ceteris, ut iam tum videbatur, multo praestantiorem, quem postmodum omnium reliquorum archetypum esse cognovi. Sed priusquam Romam ad excutiendum eum librum me conferrem, continuus Graecus textus ex aliis codicibus describendus et quaedam quasi praevia editio paranda erat. Quam operam aestate anni 1865 exigere licuit, postquam Parisiis et Lugduno Batavorum ii libri manu scripti, quos inprimis adire necesse erat, ad me missi sunt. Iam proximo anno illius quem dixi Vaticani partem priorem Romae cum meis schedis contuli, tum redux in patriam, quidquid praeterea ad edendum scriptorem opus erat, congerere coepi. Sed intercessit Polybii edendi munus non minus gratum mihi ac vix minore temporis spatio praeparatum. Quo absoluto id iam agere instituebam, ut Pappi editio, cum tamdiu in cunabulis quasi iacuisset, suis iam pedibus in publicum prodire valeret. Attamen id fieri non potuit nisi subsidiis quibusdam subministratis, unde honestissimus bibliopola sumptus ac periculum edendi libri paucorum in manus venturi facere auderet.

Itaque feliciter et peroptato contigit, ut ACADEMIA LITTERARUM REGIA BORUSSICA, adsentiente et iubente MINISTERIO SUPREMO REGIO, quod rebus sacris et medicinalibus atque institutioni publicae praeest, tantam pecuniam ad Pappum edendum concederet, quanta pro paucitate eorum qui librum empturi essent contribuenda videretur. Cuius insignis liberalitatis elogium ut nunc ego gratissimo animo refero, ita, si quid opera mea quantulacunque profectum erit, multos harum litterarum studiosos gratiis a me actis spero adstipulaturos esse.

DE CODICIBUS MANU SCRIPTIS.

Quoniam de aetate, qua Pappus collectionem suam composuisse videatur, ac de titulo operis in tertio volumine disputandum erit, hoc loco restat ut de apparatu et copiis, unde haec profluxit editio, paucis exponam. Est Romae in bibliotheca Vaticana Graecus liber manu scriptus CCXVIII membraneus, saeculi XII, ex quo reliqui, quotquot adhuc ita innotuerunt, ut de eorum origine iudicari posset, descripti aut, intermediis aliis, derivati sunt. Cuius priorem partem usque ad V libri finem anno 1866, ut modo dictum est, ipse contuli; tum reliqua rogatu meo sedulo excusserunt AUGUSTUS WILMANNS et HUGO HINCK; denique libri VII capita 212—290, cum haec quidem schedarum pars non pervenisset ad me in itinere amissa, iterum cum editione Gerhardti a. 1873 contulit AUGUSTUS MAU, qui etiam scholia, quae sunt in margine, describenda, operam magni admodum laboris ac paene taedii, suscepit. Praeterea et Hinckius, qui, dum Romae erat, quaecunque ego absens interrogabam de iis summa comitate respondere non cessabat, et Augustus Mau, denique etiam LUDOVICUS MENDELSSOHN locos nonnullos, si qua in progressu operis dubitatio mihi incidisset, iterum in codice Vaticano inspexerunt.

Prima libri Vaticani folia occupat ἀνθεμίου περὶ παραδόξων μηχανημάτων fragmentum, recentiore manu scriptum; tum a folio tertio manus saeculi XII Pappi collectionem inde a verbis γὰρ αὐτοὺς ἐλάσσονας μὲν εἶναι ita exarare incepit, ut iam in archetypo, unde librarius haec descripsit, initium Graeci contextus defuisse appareat. Verum propria insuper labes in ipsum Vaticanum invasit, cum ad imos foliorum margines interiores humore ac situ scriptura passim evanuerit. Iam cum iisdem locis codices recentiores omnes lacunarum hiatus ostendant, hos ex ipso Vaticano, non ex ullo vetustiore codice derivatos esse manifesto constat. Itaque hi libri, nisi forte coniecturas probabiles exhibent, nullo sunt pretio, nulla auctoritate. Quibus emendandi studiis iam in Vaticano plures manus incubuerunt, eaque opera continuata est in Parisino 2440 cum laudabili diligentia, passim etiam prospero eventu. Pauca correcta sunt in Parisino 2368, quo e libro Scaligeranus et, ut videtur, Vossianus originem duxerunt. Hi autem quos postremo dixi codices singulari dignitate excellunt propter recentiorum virorum doctorum emendationes ibi perscriptas. Nam ille quem nota V^2 significavi vir fuit et in mathematicis satis versatus et dictionis, qua Graeci eius disciplinae auctores uti solent, peritissimus. Scripsit autem notas suas aut antequam Commandinus Pappi interpretationem Latinam in lucem protulit, aut, si forte postea, non inspecto hoc libro, id quod et multis testimoniis, quae in adnotationem meam criticam congessi, confirmatur, neque utriusque consensu infringitur; namque in mathematicis rebus duos viros artis ac rationis peritos idem, quod verum est, idque eadem Graeca appellatione expressum, invenire et omnino veri est simile et interdum paene necessarium. Sed eum de quo dicimus ignotum virum doctum non fuisse Raemundum Massacum, a quo codicem Vossianum Petavio a. 1599 dono datum esse subscriptio docet (v. infra p. XIV), efficitur mea quidem sententia ex diversis litterarum ductibus. An forte fuerit Petavius, aliis relinquo diiudicandum. Alter autem codex, quem Scaligeranum vocamus, insigni splendore enitet propter plurimas Scaligeri emendationes (hunc enim auctorem esse constat ex catalogo bibliothecae Lugduno-Batavae p. 339; atque id ipsum confirmatum vidi alio Scaligeri chirographo, quod mihi in manibus fuit). Hae quoque notae, quae nunc demum ex obscuritate diuturna in lucem prodeunt, saepius conveniunt cum Commandini coniecturis; tamen neutrum horum quidquam petivisse ab altero tam manifestum est, ut singillatim id demonstrare supersedeam.

Ex his quos commemoravi codicibus anno 1865 per paucos menses uti mibi licuit Parisino 2440, saeculi XV, et Lugdunensibus Scaligerano Vossianoque, quos libros summi illarum bibliothecarum curatores in manus meas tradi benevole concesserunt. Ac Scaligeranum quidem totum partim descripsi partim cum fragmentis, quae tum iam edita erant, contuli; Parisini maiorem partem usque ad libri sexti finem excussi, reliqua quae propter temporis angustias ipse absolvere non potuissem, secundum Waitzii apographum, de quo statim dicturus sum, pertractavi. Vossiani minorem tantum partem conferre licuit; tamen e toto codice, quaecunque ad editionem meam utilia esse viderentur, excerpere non omisi.

Et antiquissimo exemplo Vaticano et Parisino libro 2440 simillimi sunt ceteri qui Parisiis publice servantur. E quibus codex 2368 anno 1562 exaratus, de quo supra dictum est, 2369 (qui partem libri tertii continet), 2370 a. 1646 exaratus, 583 (in quo liber octavus exstat) innotuerunt mihi e Theodori Waitzii apographo, quod, quamdiu hac editione occupatus eram, manibus tenere et inspicere mihi licuit viduae Waitziae beneficio, quae illas schedas Guilelmo Borchardto mittendas mihi tradidit. Itaque et matronae illi spectatissimae et huic viro in omni mathematicae doctrinae genere splendidissimo, quod primum de eo apparatu certiorem me fecerit et postea saepius in ea re operam suam comiter praestiterit, singulares hic ago gratias. Ad libri secundi reliquias, quas Waitzius non descripserat, usui fuerunt notae e codice Parisino 2368 excerptae a G. G. Bredowio in Epistolis Parisiensibus (Lipsiae 1812) p. 180—183.

In edendo fragmento illo, quod in nostra editione inde a libri VIII capite 19 legitur, Vincentius praeter Parisinum 2368 adhibuit eiusdem bibliothecae codicem 2871 et supplementi 15. Hos quoque communem cum ceteris recentioribus originem habere ex notis a Vincentio adscriptis partimque in hac editione repetitis satis apparet.

Liber Graecus, quo Commandinus usus est, proxime accedit ad Parisinum 2440, sed ita quidem, ut non ex hoc ipso, sed ex alio simillimo descriptus esse videatur (v. adnot. ad p. 88, 9. 92, 19 sq. 94, 2. 96, 4—6 et 7. 98, 2 et 6. 118, 8. 132, 18 etc.). Sic hoc quoque apographum redit ad communem fontem qui in bibliotheca Vaticana adhuc latuit.

Non diversus ab his recentioribus codicibus, et qui non minus certa vestigia originis e Vaticano deductae prae se ferret, fuit Argentoratensis ille, cuius aliquam notitiam Camererus de tactionibus p. 19—32 patefecit. Quibus in notulis nihil ex eo codice, quod ad contextum emendandum valeret, nihil omnino proprium aut peculiare afferri potuit.

Codicibus Parisinis simillimi sunt duo Oxonienses Saviliani (citati etiam in Fabricii bibliotheca ed. Harles vol. IX p. 171), e quibus Pappi libri VII propositionem 70 edidit Horsley, Apollonii inclin. p. 18—21. Ac maxime quidem cum Parisino 2368 consentit ille quem "alterum" appellat Horsleius; magis ad Parisinum 2440 accedit prior Savilianus, sed idem multis propriis vitiis inquinatus est ac neutiquam "eximii" appellatione, quam Horsleius ei tribuit, dignus. Eosdem Savilianae bibliothecae codices Halleius, et alterutrum Wallisius adhibuisse videntur in edendis iis Pappi fragmentis, de quibus infra (p. XIX. XXI) exponetur. Certe nihil e suis codicibus hi duo viri doctissimi protulerunt, quod non communem cum reliquis libris recentioribus originem proderet. Neque aliter iudicandum est de eo codice, qui "noster MS^{tus}" a Meibomio in dialogo de proportionibus appellatur, unde hic libri VII propositiones 232—234 edidit.

Ambrosiani codicis 266, praeter Parisinos 2440 et 2368, mentionem facit Gerhardtus (infra p. XIX). Ac librum quidem Pappi septimum editor ille, quem minus alto silentio de ea re uti optandum erat, ex alterutro Parisino repetivisse videtur, ex alio autem codice nescio quo Pappi librum octavum. Qua in parte quae sint codicis menda quaeque aliis ex causis orta (omnino sane haud pauca), nostrum non est scrutari; satis videtur hoc unum affirmare, in omni Gerhardti editione nihil usquam inveniri, quod codicum subsidium indicet diversum ab una illa familia, quae e Vaticano propagata est.

Guelferbyti cum anno 1864, edendis scriptoribus metrologicis intentus, per paucos dies commorarer, inspexi Gudianum Graec. 7, qui Pappi collectionis libros III—VI ac partem septimi continet, quem in idem genus atque omnem recentiorum gregem referendum esse facile apparuit. Testis est praeterea G. G. Bredow, qui in Epistolis Parisiensibus (Lipsiae 1812) p. 187—200 libri III extremam partem, quae est de duplicatione cubi (cap. 96—104) ex eodem codice edidit.

Praeterea commemoro Urbinatem Graec. 72, saeculi XVI, in quo liber septimus exstat, quem Romae inspexi et eiusdem, quam totiens dixi, familiae esse cognovi, neque tamen conferre potui.

Neapolitani codicis bibliothecae Borbonicae, qui ex Vaticano 218 descriptus esse videatur, brevem mentionem fecit Adolphus Kiessling ea in epistula de qua supra dixi.

De codice Vaticano, quo Torellius se usum esse dicit, infra (p. XX sq.) paucis exponam.

Vindobonensis codex suppl. LXV, saeculi XV, post Heronis pneumatica habet Pappi collectionis libros III—VI et septimi initium usque ad verba cap. 9 δείκνυσι δὲ ταύτην Ἀπολλώνιος μὲν * * *. Pauca ex hoc Graeca affert Kollarius in supplem. ad Lambecii commentarios de bibl. Vindob. p. 432—436; sed ea ipsa satis aperte huius libri cum reliquis recentioribus cognationem ac similitudinem declarant. Eiusdem bibliothecae codex suppl. LXVII, omnes reliquias quae in hac nostra editione exstant continens, descriptus est ex Parisino 2440 (v. Kollar. p. 440).

Quoniam igitur omnis scripturae antiquitus traditae unus fons atque archetypus est Vaticanus, quem nota A insignimus, reliqui codices propter emendationes tantummodo et coniecturas, si quae in iis occurrunt, respiciendi sunt. Ne multa, praeter Vaticanum, cuius auctoritate haec editio plane innititur, primariam ubique rationem habui codicis B, id est Parisini 2440, et quaecunque in eo a variis viris doctis correcta vel alioqui mutata sunt diligenter adnotavi, omisi autem apertos scribae errores. Reliquorum recentiorum instar omnium elegi Scaligeranum, atque una littera S non solum hunc ipsum codicem notavi, sed etiam alios recentiores aut consentire significavi, aut, si forte dissentirent, nihil mentione dignum ex iisdem enotandum fuisse. Tamen, ubicunque opus esse videbatur, Vossianum (V) et Commandini codicem, rarius Parisinos 2368 et 2369 diserte citavi.

Sequitur codicum ac notarum conspectus. Est igitur

A = cod. Vaticanus Graecus 218, cuius in scriptura distinxi

- A^1 = ipsius librarii manum antiquam, ubicunque haec praeter continuum textum ad primarios calami ductus, idque in medio describendi negotio, aut addidit aliquid aut correxit,
- A^2 = manum suppletricem, ipsam quoque antiquam et eandem fortasse atque A^1, quae nonnulla in describendo omissa, ex archetypo denuo collato inseruit, plurima praeterea correxit,

A^3 = manum scholiastae, qui et scholia quaedam passim margini adscripsit et fere librorum titulos ac subscriptiones addidit, multa etiam emendavit,

A^4 = recentiorem aliquam manum nec crebram nec satis ad emendandum idoneam, a qua differt alia, ut videtur, manus recentior, quam

A rec. significavi. Vaticanum sequitur

B = Parisinus 2440, in quo similiter distinxi

B^2 = ipsius librarii manum correctricem,

B^3 = manum cuiusdam correctoris mathematicorum non ignari et qui ad aliud exemplum librarii B apographum exigeret ac passim eam scripturam restitueret quae in Vaticano exstat,

B^4 = aliam eiusmodi, sed nullo codicis subsidio (praeter ipsum B) innitentem.

Has diversas manus separavi in adnotationibus ad eam Pappi collectionis partem, quam ipse cum codice B contuli; sed ad librum septimum et octavum a Waitzio variae eiusdem codicis scripturae rarissime adnotatae sunt, neque quidquam nisi hoc, alteram scripturam primariam esse, alteram secundariam, tradi solet. Ergo in hac operis parte B non tam ipse est Parisinus quam Waitzii apographum, passim, ut cognovi, ab archetypi ductibus paulo aberrans; et praeterea nota tantummodo B^c (qua scilicet correctum esse in codice aliquid significaretur) afferri potuit. Sequitur

S = Lugduno-Batavus Scaligeranus 3 fol., cuius nota, sicut modo (p. XII) demonstratum est, alios quoque recentiores codices comprehendere solet. Quorum e numero compendiis scripturae notati sunt

V = Lugduno-Batavus Vossianus 18 fol., duabus diversis manibus, sed ex uno codice archetypo, qui Parisino 2368 fuit simillimus, descriptus, cuius extremo folio haec leguntur "Amico integerrimo simul et Doctiss. viro D. paulo petavio in suprema curia Senatori Raemundus massacus Dono dedit tertio nonas Novembres 1599", tum

V^2 = vir doctus qui scholia nonnulla adscripsit et menda permulta correxit, denique

cod. *Co* = codex Commandini ab ipso citatus.

Accedunt hae notae:

| significat versus exitum in codice A,

/ spatia singularum litterarum, quae in eodem libro evanuerunt (supra p. VII),

· spatia singularum litterarum, ubi recentiorum codicum librarii propter evanidam in A scripturam, vacuo spatio relicto, lacunas notaverunt.

* in Graeco contextu lacunam, in adnotatione singulas litteras in A erasas indicat.

• notae codicis adiectum significat dubitationem de scriptura quae silentio tantum, ut aiunt, confirmatur.

( ) in contextu scriptoris pro vulgari usu parentheseos signa sunt. Iidem uncini in adnotatione litterae codicis recentioris circumscripti, velut (B), declarant huius quidem codicis scripturam eandem esse atque eius, cuius nota ante uncinos posita est, sed nullam fidem praestari de spiritu vel accentibus vel ι subscripto vel ν ἐφελκυστικῷ vel exeunte vocis οὕτως sigma vel etiam de linea super litteras geometricas ducta. Namque ipsius Vaticani, id est archetypi, scriptura diligenter enotata aliorum codicum in his minutiis varietatem adiungere plerumque inutile erat et supervacaneum.

[ ] interpolatorum additamenta notant, quos inter uncinos, sicubi etiam hi ( ) comparent, interpolatis iam verbis ab altero infelicis istius industriae aemulo aliud insuper interpretamentum insertum esse videtur.

Super litteras geometricas et notas numerorum, ubicunque nihil adnotatum est, in A lineam transversam ductam esse putato. Varietatem autem ubique adscripsi, etiamsi de distinctione tantummodo vel coniunctione litterarum agebatur, velut pro A B, quod expressum sit in contextu, Vaticanum habere $\overline{AB}$, atque alia id genus nusquam sciens equidem commemorare omisi.

Quaecunque verba Graeco contextui coniectura sunt inserta, ea diversis litteris exprimenda curavi, item cursivis litteris in Latina interpretatione quidquid perspicuitatis causa ipse addidi.

VIRORUM QUI PAPPI FRAGMENTA EDIDERUNT VEL INTERPRETATI SUNT CONSPECTUS.

Sequuntur nomina vel nominum notae virorum doctorum, quorum emendationes, coniecturae, interpretationes frequentius laudandae fuerunt.

Breton = *Recherches nouvelles sur les Porismes d'Euclide, par M. P. Breton (de Champ)*, in annalibus qui inscribuntur *Journal de mathématiques pures et appliquées publié par*

J. Liouville, tome XX, année 1855, p. 209—304. Edita sunt adhibitis codicibus Parisinis 2368 et 2440 Graeca huius editionis libri VII cap. 13—20; eadem in Francogallicum sermonem conversa voluminis citati pag. 211—218. Tum Bretonus Pappi lemmata (libri VII cap. 193—232) liberius in eundem sermonem convertit, quibus inde a pag. 247 varia ad explicandam porismatum rationem addidit. Denique appendicis instar pag. 299—303 propositiones de locis planis, quas Pappus (VII cap. 23—26) breviter affert, adiunctae sunt. Atque iteratis etiam curis omnem quaestionem quae est de porismatis Bretonus tractavit in iisdem annalibus *Deuxième série, tome II, année 1857,* p. 185—205, et *tome III, année 1858,* p. 89—142. Equidem in hac editione primum Bretoni tractatum secundum singulas paginas citavi, eas autem quae secutae sunt disputationes et controversias hoc loco semel commemoravisse satis fuerit.

Ca = Apollonii de tactionibus quae supersunt, ac maxime lemmata Pappi in hos libros graece nunc primum edita a Ioanne Guilielmo Camerer, Gothae 1795, et *Apollonius von Pergen ebene Oerter. Wiederhergestellt von Robert Simson. Aus dem Lateinischen übersezt von Johann Wilhelm Camerer,* Lipsiae 1796. Quorum librorum prior continet huius editionis libri VII cap. 11. 12. 158—184, alter libri VII cap. 21—26. 185—192. De ratione critica quam in libro de tactionibus tenuerit sic disserit auctor p. 19 sq.: "In edendis his lemmatibus, quae nunc primum, e duobus codicibus bibliothecae olim Regiae Parisiensis, codice nempe 2368 et 2440 descripta, collato etiam alio codice, qui Argentorati in bibliotheca Academica servatur, Graeco sermone prodeunt, ita versatus sum, ut, si unus saltim codex lectionem commodam haberet, eam amplecterer, neglecta prorsus inepta reliquorum lectione, si vero nullus omnino lectionem haberet, quae intelligi posset, meo sensu plerumque lectionem restituerem, indicata tamen in margine msptorum lectione, si dubius essem, dubia pariter in margine notarem". Prorsus iisdem codicum subsidiis eademque ratione critica in altero libro, qui reliquias de locis planis continet, Camererus usus est (vide illic praef. p. VI sq.)

Chasles = *Les trois livres de porismes d'Euclide, rétablis pour la première fois, d'après la notice et les lemmes de Pappus, et conformément au sentiment de R. Simson sur la forme des énoncés de ces propositions; par M. Chasles, Paris* 1860. Francogallico sermone vel liberius expressa vel in brevius contracta sunt quae in hac Pappi editione libri VII cap. 13—20. 193—232 leguntur. Praeterea quaecunque vir acutissimus ad restituendos Euclidis libros porismatum contulit, ea ex Pappi reliquiis se repetivisse ipse commemorat p. 86. Invenit autem suo ingenio porismata CCXXI, id est aliquanto plura quam ipse Euclides, siquidem verba quae VII cap. 20 extr. leguntur: *τὰ τρία βιβλία τῶν πορισμάτων — θεωρημάτων ἐστὶν ρογ'* sine numeri errore tradita et, id quod mihi quidem dubium videtur, ab ipso Pappo scripta sunt.

Co = Pappi Alexandrini mathematicae collectiones a Fed. Commandino Urbinate in Latinum conversae et commentariis illustratae, Venetiis apud Franciscum de Franciscis Senensem, 1589 et (quod ad calcem legitur) Pisauri apud Hieronymum Concordiam 1588. Eadem editio nullo nisi primo folio mutato paulo post repetita est sub hoc titulo: Fed. Commandini — commentaria in libros octo mathematicarum collectionum Pappi Alexandrini — ad Seren. Franciscum Mariam II. Urbini Ducem, Pisauri apud Hieron. Concordiam 1602. Itaque cum tres editiones commemoret Fabricius in biblioth. Graeca (vol. IX p. 173 ed. Harles), quae Pisauri 1588, Venetiis 1589, Pisauri 1602 prodierint, pro illis haec una tantum quam statim attulimus numeranda est. Alteram editionem Carolus Manolessius Bononiae a. 1660 in publicum emisit incredibili paene cum ignorantia ac temeritate. Qui cum statim in titulo iactaverit Commandini commentarios ab innumeris, quibus scaterent, mendis, et praecipue in Graeco contextu, diligenter vindicatos esse, et in praefatione gloriose addiderit emaculatiorem aut diligentiorem editionem nullam hac sua fieri posse, tamen nec quidquam quod dignum mentione esset sua industria addidit et Graecas scripturas a Commandino plerumque recte, interdum mediocri cum errore enotatas ad immanes corruptelas detorsit et hoc re vera assecutus est, ut maculatior aut indiligentior editio vix ulla cogitari possit. Sed redeo ad Commandinum, qui quam egregie de Pappo meritus sit, ut in re manifesta, non opus est demonstrare. Neque solum ad theoremata et problemata, quae in hanc collectionem congesta sunt, interpretanda atque illustranda laudabilissimam operam attulit, sed etiam Graeca verba totiens et tam feliciter emendavit, ut, si pares aemulos habuisset eos qui secuti sunt fragmentorum editores, Pappi contextum qui legi posset iamdudum haberemus. Correxit autem vel ipsa Graeca verba, scriptura codicis sui diserte allata, vel tacite in interpretatione pro Graecis corruptis posuit emendata Latina. Itaque ubicunque postea ab alio editore id Graece expressum est quod Latine significaverat Commandinus, illum quidem, ut par erat, citavimus, sed simul eius emendationis auctorem esse Commandinum adiunximus. Contra si eiusdem coniecturas Latina interpretatione significatas non recepimus, eas tamen verbis "voluit *Co*" in Graecum sermonem translatas apposuimus in adnotatione.

Ei = *Πάππου συναγωγαί.* Pappi Alexandrini collectiones mathematicae nunc primum Graece edidit Herm. Ios. Eisenmann. Libri quinti pars altera. Parisiis 1824. Tractatum de solidorum corporum comparationibus, i. e. libri V capita 33—105, omissa accentuum notatione, exhibet editor uno subsidio codicis Parisini 2368 usus, cuius nonnullos errores emendavit, plurimos retinuit, quosdam etiam mirum in modum auxit. Multae deprehenduntur lacunae, quae, si codicem Parisinum 2440 inspicere non libebat, ex Commandini saltem versione expleri poterant, multa libero arbitrio eoque vix unquam felici mutata sunt, omnino, quamvis Graeca edita sint, tamen hic liber multo longius abest a vera Pappi scriptura quam Commandini versio Latina.

Ge = *Die Sammlung des Pappus von Alexandrien. Griechisch und deutsch herausgegeben von C. J. Gerhardt, zweiter Band, Halle* 1871, continet librum septimum et octavum. Quibus libris manu scriptis editor usus sit, incertum est, nisi forte e notula ad pag. 216 codices Parisinos 2368 et 2440 inspectos esse licet concludere. Praeterea pag. 300 Ambrosianus 266 ab editore commemoratur (conf. supra p. X sq.)

Ha = Apollonii Pergaei de sectione rationis libri duo ex Arabico MSto latine versi. Accedunt eiusdem de sectione spatii libri duo restituti. Praemittitur Pappi Alexandrini praefatio ad VII^{mum} collectionis mathematicae, nunc primum graece edita: cum lemmatibus eiusdem Pappi ad hos Apollonii libros. Opera et studio Edmundi Halley, Oxonii 1706, et: Apollonii Pergaei conicorum libri IV priores cum Pappi Alexandrini lemmatis ex codd. MSS. Graecis edidit Edmundus Halleius, Oxoniae 1710. Horum Halleii egregiorum operum prius continet huius editionis libri VII cap. 1—67, alterum eiusdem libri cap. 233—311. In praefatione ad libros de sectione rationis, "Pappi", inquit, "praefationem non antehac graece, immo vix latine editam operibus hisce praemisi; pristinae integritati, quoad eius fieri potuit, restitutam e duobus codd. MSS. bibliothecae Savilianae. Verum, ut ingenue fatear, manum adhuc medicam postulat. Nam ut Graeca Pappi in hisce codicibus saepiuscule luxata sunt et depravata, praecipue in descriptione porismatum Euclidis (ubi nihil fere sani occurrit), ita in plerisque absurda adeo et insulsa erat Commandini versio, ut necesse habuerim aut passim eam emendare aut aliam de novo conficere". Ex iisdem codicibus Pappi ad Apollonii conica lemmata primus edidit.

Haumann = *Versuch einer Wiederherstellung der Bücher des Apollonius von Perga von den Berührungen, von C. G. Haumann, Breslau* 1817. Graece repetita sunt ea quae Camererus libro de tactionibus (v. supra p. XVI) ediderat.

Horsley = Apollonii Pergaei inclinationum libri duo. Restituebat Samuel Horsley. Oxonii 1770. Graece edita sunt huius editionis libri VII cap. 27. 28. 126.

Hu = editoris emendationes vel coniecturae.

Sca = notae quas Scaliger inter lineas vel ad marginem sui codicis (v. supra p. VIII) adscripsit.

Simson = Apollonii Pergaei locorum planorum libri duo restituti a Roberto Simson, Glasguae 1749. Ex Hallei libris de sectione rationis ea quae in hac editione libri VII cap. 21—26 leguntur repetita partimque emendata sunt e codicibus Parisinis 2368 et 2440 a Iacobo Moor collatis (v. illic praef. p. X). Praeterea Pappi ad hos Apollonii libros lemmata (in hac editione libri VII cap. 185 sqq.) Latino sermone expressa Simsonus Apollonio suo restituto inseruit ac nonnulla ita correxit, ut ipse Graecus contextus inde emendari posset. Item uberrimi fructus redundarunt ex Apollonii sectionis determinatae et porismatum libris ab eodem viro subtilissimo restitutis in volumine quod inscribitur "Roberti Simson opera quaedam reliqua post auctoris mortem in lucem edita cura Iacobi Clow. Glasguae 1776", quibus libris etsi Graeca non edidit, tamen ad restituenda genuina Pappi verba formulasque plurimum contulit.

To = Iosephi Torelli Veronensis geometrica, Veronae 1769. Edita sunt p. 89—96 Pappi libri IV capita 45—52 ex "Vaticanae bibliothecae codice mss.," ut ipse ait praef. p. XIII. Qui codex num idem fuerit ac noster A, propterea difficilius est iudicatu, quia, si forte Torellius aliter quid adnotet ac nos in A invenimus, id vel illius errore vel vitio apographi, quod ille exarandum curaverit, factum esse videatur. Attamen in paucis paginis tot et tantae discrepantiae a Torellio afferuntur, ut codicem Vaticanum, quo ille usus est, alium ac nostrum A fuisse veri sit simillimum. Itaque nos non omnem istam variam scripturam in hanc editionem recepimus; nam quaecunque in illo Vaticano ab A discrepant ex describendi neglegentia originem duxerunt ideoque nulla sunt auctoritate.

Vincent = *Considérations sur les Porismes en général et sur ceux d'Euclide en particulier. Examen et réfutation de l'interprétation donnée par M. Breton (de Champ) aux textes de Pappus et de Proclus relatifs aux Porismes. Par A. J. H. Vincent.* Etenim cum Vincentius in annalibus qui *La Science* inscribuntur contra Bretoni de porismatis commentarium disputare instituisset, plura ab utroque diversis iudiciis in medium prolata sunt; denique Vincentius, quaecunque de hoc argumento prius scripserat, ea subtilissime retractavit eo quem statim attuli commentario, qui prodiit in *Journal de mathématiques pures et appliquées publié par Liouville, deuxième série, tome IV, année 1859,* p. 9—46. Praeterea de Pappo optime meritus est Vincentius edito mechanicorum fragmento, de quo in adnotatione ad libri VIII cap. 19 commemoratum est.

Wa = Iohannis Wallis operum mathematicorum volumen III, Oxoniae 1699. Cuius voluminis pag. 597—610 Wallisius Pappi libri secundi reliquias iteratis curis edidit, postquam primum a. 1688 eas in lucem emiserat. Ibidem p. 570—572 et 578—580 inter Aristarchi Samii de magnitudinibus solis et lunae propositiones insertum est fragmentum Pappi sexti libri cap. 69—79. Quo codice usus sit, sic breviter commemorat editor p. 596: "Cum itaque inter codices manuscriptos ab . . . Henrico Savilio bibliothecae mathematicae in usum professorum suorum datos inciderim iam dudum in Pappi codicem MS. Graecum, qui continet non tantum Pappi librum tertium cum sequentibus, sed secundum etiam, non quidem integrum, sed ipsius partem non contemnendam, ex qua de reliquo iudicium fiat: facturum me putabam opus mathematicis haud ingratum, fragmentum illud ex MS. erutum tunc primum anno 1688 in lucem mittere".

Quaecunque alii viri docti ad Pappi reliquias emendandas passim attulerunt, ea suis quaeque locis in adnotatione citata sunt plenis librorum titulis adscriptis.

DE INTERPRETATIONE LATINA.

Interpretationem Latinam ita conformare studui, ut ab huius aetatis et mathematicis et philologis, etiamsi in Graecae dictionis mathematicae proprietate minus versati essent, commode intellegi posset. Ergo, quantumcunque Graecus scriptor, servato utique vetusti sermonis colore, concessurus esse videbatur, formulas recentioris consuetudinis adhibui vel eas, primum Graecis verbis strictius translatis, postmodum apposui. Praeterea et in indice, qui partem tertii voluminis occupabit, omnia vocabula mathematica illustravi, et statim in ipsa interpretatione vel in adnotationibus, ubi opus erat, explicavi; pauca, quae longiorem disputationem requirerent, ad appendicem item tertio volumini inserendam reieci. Omnino autem nunquam et Graecum et veterem mathematicorum scriptorem a me edi et illustrari oblitus sum, et, quidquid mea coniectura addendum esse videretur, his me continui finibus, ut aut aliorum veterum scriptorum theoremata ad singulos Pappi locos utilia, ubicunque inveniri possent, citarem, aut, si non invenirentur et tamen Pappum eorum rationem habuisse constaret, ex ipsa veterum mathematicorum arte ac disciplina restituere conarer. Plurima etiam illustrare contigit hac ratione, ut demonstrationem a Graeco scriptore in brevius contractam, interpositis eis quae ille tacite suppleri vellet verbis vel sententiis, planam et perspicuam redderem.

DE QUIBUSDAM GRAECORUM MATHEMATICORUM FORMULIS.

Denique ne quis in dicendi genere saepissime apud Pappum obvio atque a nostra dictione alieno haesitet, hic breviter, quas formulas in proportionum latissimo usu Graeci mathematici adhibere soleant, explicare propositum est.

Ex Euclidis praeceptis (elem. 5 def. 13—17) proportio $\alpha : \beta = \gamma : \delta$ has variationes subire potest:

ἐναλλάξ, i. e. *alterna ratione* sive *vicissim* (quod plerique etiam *permutando* dicere consueverunt), $\alpha : \gamma = \beta : \delta$,

ἀνάπαλιν, i. e. *inversa ratione* sive *e contrario*, $\beta : \alpha = \delta : \gamma$

συνθέντι sive **κατὰ σύνθεσιν**, i. e. *componendo* sive *per compositionem*, $\alpha + \beta : \beta = \gamma + \delta : \delta$,

διελόντι sive **κατὰ διαίρεσιν**, i. e. *dirimendo* sive *per diremptionem* (vulgo *dividendo* et *divisione rationis* dicere solent), $\alpha - \beta : \beta = \gamma - \delta : \delta$,

ἀναστρέψαντι, i. e. *convertendo*, $\alpha : \alpha - \beta = \gamma : \gamma - \delta$.

Similiter quaenam fiant, si sit $\alpha : \beta \gtrless \gamma : \delta$, cum Euclides omiserit demonstrare, addit Pappus VII propos. 3 sqq.

Porro secundum elem. 5 propos. 12 et 19, si rursus ponatur $\alpha : \beta = \gamma : \delta$, additione vel subtractione sunt

$$\alpha \pm \gamma : \beta \pm \delta = \alpha : \beta = \gamma : \delta,$$

quae ratio vocabulis *συναμφότερος* sive *ὅλος*, et in subtractione adiectivo *λοιπός* significari solet.

Schema **δι' ἴσου** sive *ex aequali* secundum elem. 5 defin. 18 et propos. 22 hoc est. Si sit

$$\alpha : \beta = \delta : \varepsilon, \text{ et}$$
$$\beta : \gamma = \varepsilon : \zeta, \text{ hinc efficitur}$$
$$\alpha : \gamma = \delta : \zeta.$$

Similiter συνημμένος sive συγκείμενος λόγος, quam nos *formulam compositae proportionis* diximus, efficitur multiplicatis inter se duabus proportionibus. Velut si sit

$\alpha : \beta = \delta : \varepsilon$, et

$\beta : \gamma = \zeta : \eta$, erit

$$\frac{\alpha}{\gamma} = \frac{\delta \cdot \zeta}{\varepsilon \cdot \eta},$$

id quod pro veterum usu ex elem. 6 propos. 23 et 1 geometrica ratione concluditur.

Denique est formula μέγεθος μεγέθους δοθέντι μεῖζον ἢ ἐν λόγῳ, in datorum theorematis passim obvia, quam ad verbum interpretari Latine, quamvis languida et subobscura haec versio esset, necesse fuit. Hac igitur formula veteres auctore Euclide (dat. defin. 11) significant in proportione

$$\alpha - \gamma : \beta$$

non ipsas quidem magnitudines α et β datas esse, at datam et magnitudinem γ et proportionem $\alpha - \gamma : \beta$. Similiter ἔλασσον ἢ ἐν λόγῳ, sive $\alpha + \gamma : \beta$, explicandum est. Conf. Chasles *Aperçu historique* p. 8 versionis Germanicae, et Fr. Buchbinder *Euclids Porismen und Data*, programm. scholae Portensis a. 1866, p. 11.

Scribebam Dresdae d. XXVI m. Octobris a. MDCCCLXXV.

ΠΑΠΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ ΣΥΝΑΓΩΓΗ.

PAPPI ALEXANDRINI
COLLECTIONIS RELIQUIAE.

1 * γὰρ αὐτοὺς ἐλάσσονας μὲν εἶναι ἑκατοντάδος μετρεῖσθαι δὲ ὑπὸ δεκάδος, καὶ δέον ἔστω τὸν ἐξ αὐτῶν στερεὸν εἰπεῖν μὴ πολλαπλασιάσαντα αὐτούς.

Ἔστωσαν οὖν οἱ ἀριθμοὶ ν′ ν′ ν′ μ′ μ′ λ′· ἔσονται ἄρα οἱ πυθμένες ε′ ε′ ε′ δ′ δ′ γ′· ὁ ἄρα ἐξ αὐτῶν στερεὸς γίνεται μονάδων ͵ς. καὶ ἐπεὶ τὸ πλῆθος τῶν δεκάδων ἐστὶν ς′ καὶ μετρούμενον ὑπὸ τετράδος λείπει δύο, ἔσται ὁ ἐξ αὐτῶν στερεὸς [τῶν δεκάδων] μυριάδων ἁπλῶν ἑκατόν. καὶ ἐπεὶ ὁ ἐκ τῶν δεκάδων στερεὸς ἐπὶ τὸν ἐκ τῶν πυθμένων στερεὸν ποιεῖ τὸν ἐκ τῶν ἐξ ἀρχῆς στερεόν, αἱ ἄρα μυριάδες ρ′ ἐπὶ τὰς μονάδας ͵ς γενόμεναι ποιοῦσιν μυριάδας ξ′ διπλᾶς, ὥστε ὁ ἐκ τῶν ν′ ν′ ν′ μ′ μ′ λ′ στερεός ἐστιν μυριάδων ξ′ διπλῶν.

2 ιε′. Ἔστωσαν δὴ πάλιν ὁσοιδηποτοῦν ἀριθμοὶ ἐφ᾽ ὧν τὰ Β, ὧν ἕκαστος ἐλάσσων μὲν χιλιάδος μετρείσθω δὲ ὑπὸ ἑκατοντάδος, καὶ δέον ἔστω τὸν ἐξ αὐτῶν στερεὸν εἰπεῖν μὴ πολλαπλασιάσαντα τοὺς ἀριθμούς.

Γεγονέτω, καὶ ὁ διπλάσιος τοῦ πλήθους αὐτῶν μετρείσθω πρότερον ὑπὸ τετράδος, καὶ ὑποκείσθω ὑπὸ ἕκαστον τῶν Β ἑκατοντὰς ἡ α′, καὶ καθὸ μετρεῖται ἕκαστος τῶν Β

---

1. ἐλάσσονος ASV, corr. BV² 2. αυτὸν (sine spir.) A, corr. BS 4. οἱ — μ′ λ′ add. *Wa* 5. οἱ πυθμένες ante 4. ἔσονται ἄρα ABS, transposuit *Hu* 6. μονάδων BS, $\overset{o}{\mu}$ A 7. ς′ *Wa* pro $\overline{\kappa\varsigma}$ 8. τῶν δεκάδων del. *Hu* 9. τῶν δεκάτων A, corr. BS 11. μονάδας BS, $\overset{o}{\mu}$ A γινόμεναι V¹ *Wa* 12. $\overline{\nu\nu\nu\mu}$ $\overline{\mu}$ $\overline{\lambda}$ A (S), distinxit B 14. ιε′ add. *Hu*, ις′ *Wa* δὲ *Wa* ὅσοι δήποτε οὖν AB, corr. S 18. Γεγονέτω add. *Hu* 20. τῶν $\overline{\beta}$ S*Wa*, τῶν δύο AB utroque loco

Pappi Alexandrini collectionis libri II reliquiae.

(*Vide commentarios appendicis loco adiunctos.*)

* nam *supponitur* eos *numeros* minores esse centenario Prop. 14 *)
et per denarium divisibiles, et oporteat solidum *numerum* ex iis *productum* dicere, neque tamen ipsos multiplicare.

Sint igitur numeri 50 50 50 40 40 30; erunt igitur numeri fundamentales 5 5 5 4 4 3, qui inter se multiplicati efficiunt 6000. Et quia decades sunt numero 6, qui numerus si per 4 dividitur, *prodit quotiens 1 et* restant 2, solidus *numerus* ex his *decadibus* productus erit 100 myriadum simplicium. Et quoniam productum ex decadibus multiplicatum cum producto ex numeris fundamentalibus efficit productum ex numeris qui ab initio *propositi sunt*, myriades igitur 100 cum 6000 multiplicatae efficiunt duplas myriadas 60, *sive* $60 \cdot 10000^2$.

XV. Sit iterum quotcunque numerorum series β, singuli Prop. 15
autem *numeri* sint minores quam 1000 et divisibiles per 100, et oporteat solidum *numerum* ex his *productum* dicere, neque tamen *singulos* numeros multiplicare[1]).

Factum iam sit, et *quaeratur,* quot *sint singuli numeri; quot autem sunt, hic ipse* numerus duplicatus sit primum per 4 divisibilis, et sub quemque seriei β *numerum* ponatur 100,

*) Hanc propositionem quintam decimam numerat *Wa* et sic porro reliquas, praeter codicis A auctoritatem.

1) Nonnulla in hac propositione itemque in demonstratione obscuriora videntur, quia et priores Pappi propositiones et Apollonii liber, qui de hac numerorum doctrina scriptus erat, perierunt. Tamen commentarii instar habendae sunt propositio, quae sequitur, decima septima et aliae deinceps. Praeterea conf. append. ad hanc propos.

ὑπὸ τῆς ἑκατοντάδος ἔστωσαν οἱ ἐφ' ὧν τὰ Γ· πυθμένες ἄρα εἰσὶν οἱ ἐφ' ὧν τὰ Γ τῶν ἐφ' ὧν τὰ Β. ὁ δὲ διὰ τῶν πυθμένων στερεὸς ἔστω ὁ Ε [τουτέστιν μονάδες ρκ']. δείκνυται οὖν διὰ τῶν γραμμῶν ὁ διὰ τῶν ἐφ' ὧν τὰ Β στερεὸς μυριάδων διπλῶν ρκ, ἐπειδὴ καὶ ὁ διὰ τῶν ἐφ' ὧν τὰ Β στερεὸς ἴσος ἐστὶν τῷ διὰ τῶν ἑκατοντάδων στερεῷ ἐπὶ τὸν ἐκ τῶν πυθμένων στερεόν, τουτέστιν διπλῆ μυριὰς α' ἐπὶ τὰς ρκ' μονάδας.

3 Ἀλλ' ὁ διπλάσιος τοῦ πλήθους τῶν ἐφ' ὧν τὰ Β μὴ μετρείσθω ὑπὸ τετράδος· μετρούμενος ἄρα λείψει δυάδα ἐξ ἀνάγκης (τοῦτο γὰρ προδέδεικται), ὥστε καὶ ὁ διπλάσιος τοῦ πλήθους τῶν ἑκατοντάδων μετρούμενος ὑπὸ τετράδος· τὸ ἄρα πλῆθος τῶν ἑκατοντάδων μετρούμενον ὑπὸ δυάδος λείψει μίαν ἑκατοντάδα. ὁ τοίνυν διὰ τῶν ἑκατοντάδων στερεὸς ἔσται μυριάδων ρ' ὁμωνύμων τῷ Ζ, τουτέστι διπλῶν, ὥστε δῆλον ὅτι ὁ διὰ τῶν ἐφ' ὧν τὰ Β μυριάδες εἰσὶν ρ' ὁμώνυμοι τῷ Ζ γενόμεναι ἐπὶ τὸν Ε [τὰς ρκ' μονάδας]. γίνονται μυριὰς μία δισχίλιαι διπλῶν μυριάδων.

4 ις'. Ἔστωσαν δύο ἀριθμοὶ οἱ Α Β, καὶ ὁ μὲν Α ὑποκείσθω ἐλάσσων μὲν χιλιάδος μετρούμενος δὲ ὑπὸ ἑκατοντάδος, οἷον μονάδες φ', ὁ δὲ Β ἐλάσσων μὲν ἑκατοντάδος μετρούμενος δὲ ὑπὸ δεκάδος, οἷον μονάδες μ', καὶ δέον ἔστω τὸν ἐξ αὐτῶν ἀριθμὸν εἰπεῖν μὴ πολλαπλασιάσαντα αὐτούς.

---

1. οἱ ἐφ' ὧν τὰ Γ] οἱ C̅ AB[3], οἱ ς̅ B[1], οἱ σ̅ S, Γ (omisso οἱ) Wa, ἐφ' ὧν τὰ add. Hu 2. τὰ Γ Wa, τὰ C̅ (C̅ super versum) A, τὰ σ̅ B[3]S, τὰ (omisso σ̅) B[1] 3. πυθμένων — 5. ὁ διὰ τῶν om. A[1], add. A[2] in marg. (BS) 3. ὁ Ε Wa, ὁ Ι̅ A[2]B, ὁ δέκα S τουτέστιν μ̊ ρ̅κ̅ A[2], del. Hu 4. τὰ β̅ SWa, τὰ δύο AB, item vs. 6 8. μονάδας BS, μ̊ A 9. Ἀλλ' ὁ Hu pro ἀλλα (sine acc.) 10. post ἄρα add. κατὰ τὸν Ζ Wa (conf. adnot. ad Latina) 12. μετρούμενος Wa pro μετρεῖται, qui praeterea post ὑπὸ τετράδος addit κατὰ τὸν Ζ λείψει δυάδα (sed haec tacite intellegi voluit scriptor) 13. δυάδος Wa pro τετράδος 15. ὁμωνύμων τῷ Ζ Wa, ὁμωνύμωι Ν̅ A(B), ὁμωνύμων S 16. ρ' Wa pro δύο 17. τῷ Ζ Wa pro τῶι Ν̅ τὸν Ε Wa pro τὸν Ι̅ τὰς ρ̅κ̅ μ̊ A, del. Hu 18. γίνονται δὲ Wa, τουτέστιν coni. Hu 19. ις A[1] in marg. (BS) οἱ Α̅·Β̅ A (id est οἱ Α̅Β̅ correctum in οἱ Α̅ Β̅)
21. οἷον μονάδες φ̅ add. B Savilianus (οἷον μονάδων φ' add. V[2]), in A

et divisione per 100 facta existat series γ; ergo numeri seriei γ fundamentales sunt numerorum seriei β. Sit autem *numerus* solidus ex fundamentalibus *productus* ε. Jam lineari demonstratione[2]) ostenditur numeris seriei β inter se multiplicatis effici duplas myriadas 120, quoniam *numerus* solidus e numeris seriei β *productus* aequalis est solido ex centenariis *numero* multiplicato cum numero *producto* ex fundamentalibus, id est $= 10000^2 \cdot 120$.

Sed, *quot sunt singuli numeri* in serie β, horum numerus duplicatus ne sit divisibilis per 4; erit igitur $= 4\zeta + 2$; hoc enim antea demonstratum est, *ubi* ζ *significabat, quotuplae essent myriades*[3]). Itaque etiam centenariorum numerus duplicatus erit $= 4\zeta + 2$; ideoque ipse centenariorum numerus $= 2\zeta + 1$. Ergo solidus *numerus* e centenariis *productus* erit 100 myriadum potentiae ζ*), id est duplarum; itaque apparet productum ex numeris seriei β**) esse $= 100 \cdot 10000^{\zeta} \cdot \varepsilon$, id est $12000 \cdot 10000^2$.

XVI. Sint duo numeri α β, quorum prior ponatur minor quam 1000 et divisibilis per 100, velut 500, alter autem minor quam 100 et divisibilis per 10, velut 40, et oporteat solidum *numerum* ex his *productum* dicere, neque tamen ipsos multiplicare. Prop. 16

2) Graeca *δείκνυται οὖν διὰ τῶν γραμμῶν* sine dubio ad Apollonii librum spectant, non ad lineas quasdam cum notis maximam partem corruptis in codice adscriptas, e quibus nulla demonstratio concinnari potest. Quapropter nos, perinde ac Wallisius, eas figuras repetere omisimus; probabilem autem descriptionem restituimus in appendice.

3) Numerus igitur singulorum numerorum seriei β ponitur *περισσός* sive impar, qui duplicatus si per 4 dividitur, restant 2, quotiens autem ζ significat myriadis potentiam; ergo, si $\zeta = 2$ ponitur, sunt *μυριάδες διπλαῖ* $= 10000^2$.

*) Ergo illa quam ex Graecis effecimus formula $2\zeta + 1$, cum centenarii numeri supponantur, significat $(100^2)^{\zeta} \cdot 100$; habes igitur in nuce, ut aiunt, ipsam logarithmorum doctrinam.

**) Vide append. ad hanc propositionem.

---

sex septemve litterae erasae 22. *δεκατος* (sine acc.) et Δ super *τ* A[1] *μονάδες* $\bar{\mu}$ B (*μονάδων* $\bar{\mu}$ S), β $\tilde{\mu}$ A 23. *ἀριθμὸν*] *στερεὸν* *Wa* (debuit *τετράγωνον*)

Ἔστι δὲ φανερὸν διὰ τῶν ἀριθμῶν· οἱ γὰρ ε′ δ′ πυθμένες αὐτῶν ὄντες [μο. ε′ καὶ μο. δ′] πολλαπλασιασθέντες ποιοῦσι μονάδας κ′, χιλιάκις δὲ ὁ κ′ ἀριθμὸς ποιεῖ μυριάδας δύο ποιούσας τὸν ὑπὸ τῶν Α Β γινόμενον. τὸ δὲ γραμμικὸν δῆλον ἐξ ὧν ἔδειξεν Ἀπολλώνιος.

5 ιζ. Ἐπὶ δὲ τοῦ ιη′ θεωρήματος. Ἔστω πλῆθος ἀριθμῶν τὸ ἐφ᾽ ὧν τὰ Α, ὧν ἕκαστος ἐλάσσων μὲν ἑκατοντάδος μετρούμενος δὲ ὑπὸ δεκάδος, καὶ ἄλλο πλῆθος ἀριθμῶν τὸ ἐφ᾽ ὧν τὰ Β, ὧν ἕκαστος ἐλάσσων μὲν χιλιάδος μετρούμενος δὲ ὑπὸ ἑκατοντάδος, καὶ δέον ἔστω τὸν ἐκ τῶν ἐφ᾽ ὧν τὰ Α Β στερεὸν εἰπεῖν μὴ πολλαπλασιάσαντα αὐτούς.

Ἔστωσαν γὰρ πυθμένες τῶν μὲν ἐφ᾽ ὧν τὰ Α οἱ ἐφ᾽ ὧν τὰ Η, μονάδες α′ καὶ β′ καὶ γ′ καὶ δ′, τῶν δὲ ἐφ᾽ ὧν τὰ Β οἱ ἐφ᾽ ὧν τὰ Θ, μονάδες β′ καὶ γ′ καὶ δ′ καὶ ε′, καὶ ληφθέντος τοῦ ἐκ τῶν πυθμένων στερεοῦ [τῶν β′ γ′ δ′ β′ γ′ δ′ ε′], τουτέστιν τοῦ Ε, μονάδων ὄντος ͵βωπ′, τὸ πλῆθος τῶν ἐφ᾽ ὧν τὰ Α προσλαβὸν τὸν διπλασίονα τοῦ πλήθους τῶν ἐφ᾽ ὧν τὰ Β μετρείσθω πρότερον ὑπὸ τετράδος [κατὰ τὸν Ζ, μετρεῖ δὲ αὐτούς]. καὶ δείκνυσιν ὁ Ἀπολλώνιος τὸν ἐκ πάντων τῶν ἐφ᾽ ὧν τὰ Α Β στερεὸν μυριάδων τοσούτων, ὅσαι εἰσὶν ἐν τῷ Ε μονάδες, ὁμωνύμων τῷ Ζ ἀριθμῷ, τουτέστιν τριπλῶν μυριάδων ͵βωπ′. [μία γὰρ μυριὰς ὁμώνυμος τῷ Ζ, τουτέστιν τριπλῆ, ἐπὶ τὸν Ε, τουτέστιν τὰ ͵βωπ′, γενομένη ποιεῖ τὸν ἐκ τῶν στερεῶν ἀριθμὸν τῶν ἐφ᾽ ὧν τὰ Α Β· ὁ ἄρα ἐκ τῶν ἀριθμῶν στερεὸς τῶν ἐφ᾽ ὧν τὰ Α Β μυριάδες εἰσὶν τοσαῦται, ὅσαι εἰσὶν ἐν τῷ Ε μονάδες, ὁμώνυμοι τῷ Ζ ἀριθμῷ.]

6 Ἀλλὰ δὴ τὸ πλῆθος τῶν ἐφ᾽ ὧν τὰ Α, προσλαβὸν

---

1. οἱ γὰρ $\overline{EZ}$ A(BS), corr. *Wa* 2. μο $\overline{E}$ καὶ μο $\overline{\Delta}$ A, μονάδες $\overline{\varepsilon}$ καὶ μο′ $\overline{\delta}$ B (μονάδων $\overline{\varepsilon}$ καὶ μονάδων $\overline{\delta}$ S), del. *Hu* 3. μο $\overline{\varkappa}$ AB post μονάδας κ′ add. *Wa* οἱ δὲ ρ′ καὶ ι′ πολλαπλασιασθέντες ποιοῦσι χίλια 4. τῶν $\overline{AB}$ A, distinx. BS 4. 5. τὸ δὲ — Ἀπολλώνιος om. B¹ Savilianus (exstant in A Parisino 2368 SV, in B add. man. 2) 6. $\overline{\iota\zeta}$ A¹ in marg. (BS) ιη′ add. B² *Wa* ἀριθμῶν om. ABS, τῶν ἀριθμῶν add. *Wa* 8. τῶν ante ἀριθμῶν add. S *Wa* 9. τὸ (ante ἐφ᾽ ὧν) *Hu* pro τῶν,

Apparet autem, *si computatio* per numeros *fiat*. Nam numeri fundamentales 5 4 inter se multiplicati efficiunt 20, *et centenarius cum denario multiplicatus efficit 1000*, et 1000 · 20 sunt 2 myriades, id est productum e numeris α β. Linearis autem descriptio manifesta est ex Apollonii demonstratione [1]).

XVII. In *Apollonii* theorema XVIII. Sit series numerorum α, quorum singuli minores sint quam 100 et divisibiles per 10, et alia series numerorum β, quorum singuli minores sint quam 1000 et divisibiles per 100, et oporteat solidum *numerum* ex *numeris* serierum α β *productum* dicere, neque tamen ipsos multiplicare. Prop. 17

Etenim fundamentales numerorum seriei α comprehendantur serie η, *scilicet* 1 2 3 4, et fundamentales numerorum seriei β serie ϑ, *scilicet* 2 3 4 5, et sumpto solido *numero, qui* ex fundamentalibus *efficitur*, id est $\varepsilon = 2880$, *quaeratur, quot sint numeri in serie α quotque in serie β*; quot *autem* sunt in serie α et bis tot quot sunt in serie β, haec summa sit primum per 4 divisibilis, *sitque quotiens* ζ. Et demonstrat Apollonius solidum *numerum* ex omnibus *numeris* serierum α β *productum* myriadas potentiae ζ tot habere, quot sunt unitates in ε, id est $10000^3 \cdot 2880$. (*Hic vocetur primus propositionis casus.*)

Sed, quot sunt *numeri* in serie α et bis tot quot sunt

1) Vide append. ad hanc propos.

om. B Savilianus *μὲν* add. *Hu* 11. *τὰ* $\overline{AB}$ A, distinx. BS 13. *μ̊* ABS *τῶν δὲ* — 14. *γ' καὶ δ'* om. A[1], add. A[2] in marg. (BS) 13. *τῶν* $\overline{I}$ *δὲ* A[2]BS, corr. *Wa* 14. *μ̊* A[2]BS 15. 16. *τῶν* $\overline{B\Gamma\Delta}$ $\overline{B\Gamma\Delta E}$ AS, distinx. B, del. *Hu* 16. *μονάδων* S, *μ̊* A, *μονάδος* B $\overline{B\Omega\Pi}$ AB, *βωπ* S 17. *προσλαβὸν* *Wa* pro *προσλαβόντα* *διπλασιασονα* (sine acc.) A, alterum *ασ* expunxit prima manus 19. *κατὰ τὸν Z* — *αὐτοὺς* interpolatori tribuit *Hu* 20. *τὰ* $\overline{AB}$ A, distinx. BS, item posthac 21. 22. *ὁμωνύμων τῷ* *Wa* pro *ὁμώνυμοι* 22. *τριπλαῖς μ̊* A, *τριπλαῖς μ̈'* B (*τριπλαῖς μονάδες* S), *τριπλαῖ μυριάδες* *Wa*, corr. *Hu* $\overline{B\Omega\Pi}$ ABS, item vs. 24 23. *μία γὰρ* — 28. *ἀριθμῷ* interpolatori tribuit *Hu* 24. *τουτέστιν τὰ*] *γενομένη τὰ* ABS, *τουτέστι* (omisso *τὰ*) *Wa* 25. *τῶν* (post *ἀριθμὸν*) *Wa* pro *τὸν* 27. *μ̊* A *τὸν διπλασίονα τοῦ πλήθους τῶν ἐφ' ὧν τὰ Β, μετρούμενον ὑπὸ τετράδος καταλειπέτω πρότερον ἕνα. καὶ συνάγει ὁ Ἀπολλώνιος ὅτι ὁ ἐκ τῶν ἀριθμῶν ἐφ' ἂν τὰ Α Β στερεὸς μυριάδες εἰσὶν τοσαῦται ὁμώνυμοι τῷ Ζ, ὅσος ἐστὶν ὁ δεκαπλασίων τοῦ Ε, ἐὰν δὲ τὸ προειρημένον πλῆθος μετρούμενον ὑπὸ τετράδος καταλείπῃ δύο, ὁ ἐκ τῶν ἀριθμῶν στερεὸς τῶν ἐφ' ὧν τὰ Α Β μυριάδες εἰσὶν τοσαῦται ὁμώνυμοι τῷ Ζ, ὅσος ἐστὶν ὁ ἑκατονταπλάσιος τοῦ Ε ἀριθμοῦ, ὅταν δὲ τρεῖς καταλειφθῶσιν, ἴσος ἐστὶν ὁ ἐξ αὐτῶν στερεὸς μυριάσιν τοσαύταις ὁμωνύμοις τῷ Ζ, ὅσος ἐστὶν ὁ χιλιαπλάσιος τοῦ Ε ἀριθμοῦ.*

7 *ιη'. Ἐπὶ δὲ τοῦ ιθ' θεωρήματος. Ἔστω τις ἀριθμὸς ὁ Α ἐλάσσων μὲν ἑκατοντάδος μετρούμενος δὲ ὑπὸ δεκάδος, καὶ ἄλλοι ὁσοιδηποτοῦν ἀριθμοὶ ἐλάσσονες δεκάδος* οἷον οἱ Β Γ Δ Ε, *καὶ δέον ἔστω τὸν ἐκ τῶν Α Β Γ Δ Ε στερεὸν εἰπεῖν.*

Ἔστω γὰρ καθ' ὃν μετρεῖται ὁ Α ὑπὸ τῆς δεκάδος ὁ Ζ, τουτέστιν ὁ πυθμὴν τοῦ Α, καὶ εἰλήφθω ὁ ἐκ τῶν Ζ Β Γ Δ Ε στερεὸς καὶ ἔστω ὁ Η· λέγω ὅτι ὁ διὰ τῶν Α Β Γ Δ Ε στερεὸς δεκάκις εἰσὶν οἱ Η.

Καὶ ἔστι φανερὸν διὰ τῶν ἀριθμῶν· τοῦ γὰρ Α ὑποκειμένου, φέρ' εἰπεῖν, μονάδων κ' καὶ τοῦ Β μονάδων γ' καὶ τοῦ Γ μονάδων δ' καὶ τοῦ Δ μονάδων ε' καὶ τοῦ Ε μονάδων ϛ', ὁ ἐξ αὐτῶν στερεὸς γίνεται μονάδες ͵ζσ'. ἀλλὰ καὶ τοῦ Ζ ὄντος μονάδων β', ὅς ἐστι πυθμὴν τοῦ Α, ὁ ἐκ τούτου καὶ τῶν Β Γ Δ Ε στερεὸς δεκάκις *γενόμενος ἔσται μονάδες ͵ζσ', ἴσος τῷ ἐκ τῶν Α Β Γ Δ Ε στερεῷ. τὸ δὲ γραμμικὸν ὑπὸ τοῦ Ἀπολλωνίου δέδεικται.*

---

1. *μετρούμενον Wa* pro *μετρουμένων* 2. *συνάγει* idem, *συναγειν* (sine acc.) A (BS) 3. *ὁ* ante *ἐκ τῶν* add. *Hu* 4. *τῷ* add. *Hu* *ὅσος Wa* pro *ὅς* 5. *πλῆθος* S, *τὸ πλῆθος* AB[3], *πλῆθος τὸ* B[1] Savilianus 6. *ὁ* add. *Wa* 8. *οἱ* ante *ὁμώνυμοι* add. ABS, del. *Wa* 9. *ἐστὶν Wa* pro *ἔσται* 12. *$\overline{ιη}$* A[1] in marg. (BS) 14. *ὅσοις | δήποτ' οὖν* A, *ὅσοι*δήποτ' οὖν* B, corr. S *ἐλάσσονες* S, *ἔλαττον* AB[1], super quod *τες* (voluit *νες*) scripsit B[3] *οἷον οἱ* add. *Hu* 15. *Β Γ Δ Ε* add. *Wa* *ἐκ τῶν $\overline{ΑΒΓΔΕ}$* ABS, distinx. *Wa* 18. 19. *$\overline{ΖΒΓΔΕ}$* ABS,

in serie β, haec summa si per 4 dividatur, primum in divisione restet 1, *quotiens autem rursus sit* ζ. Et colligit Apollonius solidum *numerum* ex numeris serierum α β *productum* myriadas potentiae ζ tot habere, quot sunt unitates in numero ε decies ducto — *qui est secundus casus* —

sin autem eadem summa per 4 dividatur et restent 2, solidum *numerum* ex numeris serierum α β *productum* myriadas potentiae ζ tot habere, quot sunt unitates in numero ε centies ducto — *qui est tertius casus* —

si denique in divisione restent 3, solidum *numerum* aequalem esse tot myriadibus potentiae ζ, quot sunt unitates in numero ε millies ducto — *qui est quartus casus*[1]).

XVIII. In *Apollonii* theorema XIX. Sit numerus α minor quam 100 et divisibilis per 10, et alii quotcunque numeri minores quam 10, velut β γ δ ε, et oporteat solidum *numerum* ex α β γ δ ε *productum* dicere. Prop. 18

Sit enim, si α per 10 dividatur, quotiens ζ, id est fundamentalis numeri α, et sumatur solidus *numerus* ex ζ β γ δ ε *productus*, sitque η; dico esse $\alpha \cdot \beta \cdot \gamma \cdot \delta \cdot \varepsilon = 10\,\eta$.

72 λζ'. Ἕπεται τοῖς προειρημένοις καὶ τὰ τοιαῦτα. δοθέντος παραλληλογράμμου χωρίου δυνατόν ἐστιν εὑρεῖν ἕτερον παραλληλόγραμμον, ὥστε αὐτὸ μὲν τὸ ἐπιταχθὲν μέρος εἶναι τοῦ δοθέντος, ἑκάστην δὲ πλευρὰν ἑκάστης πολλαπλασίαν κατὰ τὸν δοθέντα ἀριθμόν.

---

2. lacunam, cuius nullum vestigium codices exhibent, explevimus in Latina versione 4. τῆς ΓΒ Co pro τῆς ΓΔ 5. τῆς ΔΕ ΒΓ

$2\,\delta\varepsilon$, et compleatur parallelogrammum $\zeta\eta\beta\gamma$; *dico in basi parallelogrammi* $\zeta\eta\beta\gamma$ *duas rectas constitui posse, quarum summa aequalis sit summae trium parallelogrammi laterum ipsas comprehendentium, itemque duas rectas, quarum summa maior sit quam summa eorundem laterum.*

Quoniam enim est $\zeta\alpha = 2\,\delta\varepsilon$, et $\alpha\gamma = 2\,\beta\gamma$, erit tota $\zeta\gamma$, id est $\eta\beta = 2(\delta\varepsilon + \beta\gamma)$, ideoque $\eta\beta = \alpha\delta$. Quia est $\alpha\delta = 2(\delta\varepsilon + \beta\gamma)$, *id est* $> 2\,\beta\gamma$, ducatur $\delta\vartheta = 2\,\beta\gamma$; ergo $\delta\vartheta = \eta\zeta + \beta\gamma$. Sed etiam demonstrata est $\alpha\delta = \eta\beta$; ergo $\alpha\delta + \delta\vartheta = \zeta\eta + \eta\beta + \beta\gamma$; et est parallelogrammum $\zeta\eta\beta\gamma$.

Apparet autem fieri etiam posse ut $\alpha\delta + \delta\vartheta$ maiores sint quam $\zeta\eta + \eta\beta + \beta\gamma$ (*conf. supra propos. 31*).

Et si quoddam punctum $\varkappa$ (*extra* $\alpha\delta$ $\delta\vartheta$, *sed intra parallelogrammum*) sumatur *et inflectatur* $\alpha\varkappa\delta$, eo magis $\alpha\varkappa + \varkappa\delta + \delta\vartheta$ maiores erunt exterioribus $\zeta\eta + \eta\beta + \beta\gamma$.

Et si *super* $\eta\beta$ linea $\eta\lambda\beta$ ita inflectatur, ut sit

$$\eta\lambda + \lambda\beta - \eta\beta = \alpha\varkappa + \varkappa\delta + \delta\vartheta - (\zeta\eta + \eta\beta + \beta\gamma),$$

erunt etiam in quinquelatero

$$\alpha\varkappa + \varkappa\delta + \delta\vartheta = \zeta\eta + \eta\lambda + \lambda\beta + \beta\gamma.$$

Et in polygonis quae plura etiam latera habent eadem *valet* ratio, sicut iam supra (*propos. 35. 36*) in rectis quae a quovis quadrilatero constituuntur demonstratum est.

XXXVII. Ad ea quae dicta sunt accedunt etiam alia huiusmodi. Dato parallelogrammo rectangulo aliud parallelogrammum eiusmodi inveniri potest, ut ipsum sit proposita pars dati parallelogrammi, singula autem latera singulorum *dati parallelogrammi laterum* multipla sint secundum datos numeros[1]). Prop. 40

1) *Τὸν δοθέντα ἀριθμὸν* scriptor significat simplicem proportionis numerum; supponit igitur singula latera alterius parallelogrammi ad latera dati parallelogrammi esse in proportione dupla vel tripla etc., nec tamen ignorat etiam aliam quamcunque proportionem, velut 3 : 2 etc., sumi posse.

Co pro *τῆς* $\overline{ΔΕΒ}$ 8. *ἡ* $ΑΔ$ *Hu* pro *ἡ* $\overline{ΔΑ}$ *ἴση* add. *Hu* auctore *Co* 15. *αἱ* om. AS, add. B 15. 16. *ταῖς* $\overline{ΖΗΗΛΛΒΒΓ}$ A, distinx. BS 17. *ὅσπερ* AB, *ὅπερ* S, *quemadmodum Co*, corr. *Hu* 19. *λζ'* add. BS

Ἔστω γὰρ παραλληλόγραμμον τὸ ΑΒΓ, καὶ εἰλήφθω ἑκατέρα τῶν ΕΔ ΔΖ πολλαπλασία ἑκατέρας τῶν ΑΒ ΒΓ κατὰ τοὺς δοθέντας ἀριθμούς, καὶ ἤχθω τῇ ΔΕ πρὸς ὀρθὰς ἡ ΕΚ, καὶ ἀπειλήφθω τὸ ὑπὸ ΔΕΚ τὸ ἐπιταχθὲν



μέρος τοῦ ΑΓ παραλληλογράμμου, καὶ διὰ τοῦ Κ τῇ ΔΕ παράλληλος ἤχθω ἡ ΘΚΛ, καὶ περὶ κέντρον τὸ Δ περιφέρεια γραφεῖσα ἡ ΖΗΘ τεμνέτω τὴν ΘΚΛ κατὰ τὸ Θ καὶ ἐπιζευχθείσῃ τῇ ΔΘ παράλληλος ἤχθω ἡ ΕΛ. δῆλον δ' ἐκ τῆς κατασκευῆς ὅτι αὐτὸ μὲν τὸ ΔΛ παραλληλόγραμμον τὸ δοθὲν μέρος ἐστὶν τοῦ ΑΓ ὀρθογωνίου, ἑκάστη δὲ αὐτοῦ πλευρὰ ἑκάστης πολλαπλασία κατὰ τοὺς προτεθέντας ἀριθμούς.

73 *λη'. Πάλιν τριγώνου δοθέντος ἔλασσον εὑρίσκεται τρίγωνον ἑκάστην ἔχον πλευρὰν ἑκάστης μείζονα.*

Ἔστω γὰρ τρίγωνον τὸ ΑΒΓ, καὶ ἐκβεβλήσθω ἡ ΒΓ βάσις ἐφ' ἑκάτερα μέρη, καὶ κείσθω τῇ μὲν ΑΒ ἴση ἡ ΒΔ, τῇ δὲ ΑΓ ἴση ἡ ΓΕ, καὶ περὶ τὴν ΔΕ εὐθεῖαν τῷ ΑΒΓ ἴσον παραλληλόγραμμον παραβεβλήσθω τὸ ΔΗ, καὶ εἰλήφθω τι σημεῖον ἐπὶ τῆς ΒΓ τυχὸν τὸ Θ. ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΘΖ ΘΗ. καὶ ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ ΑΒ τῇ ΒΔ, μείζων ἄρα ἐστὶν ἡ ΔΘ τῆς ΒΑ. ὁμοίως δὴ δείξομεν ὅτι καὶ ἡ ΕΘ τῆς ΑΓ μείζων. ἔστιν δὲ καὶ ἡ ΖΗ τῆς ΒΓ μείζων· αἱ τρεῖς ἄρα αἱ ΘΖ ΖΗ ΗΘ κατὰ μίαν μείζονές εἰσιν τῶν ΑΒ ΒΓ ΓΑ. ἐπεὶ δὲ τὸ ΔΗ παραλληλόγραμ-

---

2. τῶν $\overline{\text{ΑΒΒΓ}}$ A, distinx. BS 4. τὸ ὑπὸ $\overline{\text{ΔΕΘΚ}}$ ABS, corr. *Co* 5. τοῦ ΑΓ brevius pro τοῦ ΑΒΓ scriptor posuit et hic et paulo post 8. ἐπιζευχθεῖσαι AB cod. *Co*, ἐπιζευχθεῖσα Paris 2368 (επιζευχεῖσα S),

Sit enim parallelogrammum $\alpha\beta\gamma$, et sumatur $\varepsilon\delta$ multipla rectae $\alpha\beta$, et $\delta\zeta$ multipla $\beta\gamma$ secundum datos numeros, et rectae $\delta\varepsilon$ perpendicularis ducatur $\varepsilon\varkappa$, et punctum $\varkappa$ ita sumatur, ut rectangulum $\delta\varepsilon \cdot \varepsilon\varkappa$ sit proposita pars parallelogrammi $\alpha\beta\gamma$, et per $\varkappa$ rectae $\delta\varepsilon$ parallela ducatur recta $\vartheta\varkappa\lambda$, et circa centrum δ describatur circumferentia $\zeta\eta\vartheta$, quae rectam $\vartheta\varkappa\lambda$ in puncto ϑ secet, et iunctae $\delta\vartheta$ parallela ducatur $\varepsilon\lambda$. Apparet autem ex constructione parallelogrammum $\delta\varepsilon\lambda\vartheta$ datam partem esse parallelogrammi rectanguli $\alpha\beta\gamma$, et singula eius latera singulorum *alterius laterum* multipla esse secundum propositos numeros.

XXXVIII. Rursus dato triangulo *aliud* minus triangulum, Prop. 41
cuius singula latera singulis *dati trianguli lateribus* maiora sint, invenitur *hoc modo*.

Sit enim triangulum $\alpha\beta\gamma$, et basis $\beta\gamma$ in utramque partem producatur, et ponatur $\beta\delta = \alpha\beta$, et $\gamma\varepsilon = \alpha\gamma$, et ex



recta $\delta\varepsilon$ construatur parallelogrammum $\delta\zeta\eta\varepsilon$ triangulo $\alpha\beta\gamma$ aequale, et in recta $\beta\gamma$ sumatur quodvis punctum ϑ, iunganturque $\vartheta\zeta$ $\vartheta\eta$. Et quia est $\beta\delta = \alpha\beta$, est igitur $\delta\vartheta > \alpha\beta$. Similiter etiam demonstrabimus esse $\vartheta\varepsilon > \alpha\gamma$. Sed est etiam $\zeta\eta > \beta\gamma$; ergo singulae $\vartheta\zeta$ $\zeta\eta$ $\eta\vartheta$ maiores sunt singulis $\alpha\beta$ $\beta\gamma$ $\gamma\alpha$. Sed quia parallelogrammum $\delta\zeta\eta\varepsilon$ et duplo

---

corr. *Co* 8. 9. δῆλονότι ἐκ A(BS), corr. *Hu* 10. τὸ δοθὲν *Co* pro τοῦ δοθέντος ὀρθογωνίου] παραλληλογράμμου coni. *Co* (conf. tamen ind. sub χωρίον) 13. *ΔΗ* A¹ in marg. (BS) ἐλάσσον B, ἐλάσσων AS τριγώνου S 14. ἑκάστην B¹, ἑκάστης AB³S πλευρᾶς ABS, corr. *Hu* auctore *Co* 24. τῶν *ΑΒΒΓΓΑ* A, distinx. BS *μον διπλάσιόν ἐστι τοῦ ΖΗΘ τριγώνου, ἀλλὰ τὸ ΔΗ παραλληλόγραμμον ἴσον ἐστὶν τῷ ΑΒΓ τριγώνῳ, μεῖζον ἄρα τὸ ΑΒΓ τρίγωνον τὸ τὰς ἐλάσσονας ἔχον πλευρὰς τοῦ ΖΗΘ.*

74 *λϑ'. Τοῦτο μὲν ἐν τοῖς παραδόξοις φέρεται, γένοιτο δ' ἂν παραδοξότερον, εἰ τὸ μὲν τρίγωνον αὐτὸ εὑρεθείη μέρος τοῦ δοθέντος τριγώνου, ἑκάστη δὲ πλευρὰ ἑκάστης πολλαπλασία κατὰ τοὺς δοθέντας ἀριθμοὺς [ὡς ἐπὶ τοῦ παραλληλογράμμου προείρηται]* ἢ καὶ μείζων ἢ πολλαπλασία.

Ἔστω γὰρ τρίγωνον τὸ ΑΒΓ, καὶ συνεστάτω τρίγωνον τὸ ΕΖΗ ἑκάστην πλευρὰν ἔχον ἑκάστης τῶν τοῦ ΑΒΓ πλευρῶν πολλαπλασίαν κατὰ τοὺς δοθέντας ἀριθμοὺς [ἢ καὶ μείζονας ἢ πολλαπλασίας], καὶ περὶ κέντρον τὸ Η διὰ μὲν τοῦ Ε περιφέρεια γεγράφθω ἡ ΕΘΚ, διὰ δὲ τοῦ Ζ περιφέρεια ἡ ΖΛΜ, καὶ διὰ τοῦ Η τῇ ΕΖ παράλληλος ἤχθω ἡ ΚΗΜ, καὶ κάθετος ἤχθω ἀπὸ τοῦ Η ἐπὶ τὴν ΕΖ ἡ ΗΝ, καὶ ἔστω τὸ ἐπιταχθὲν μέρος τοῦ ΑΒΓ τριγώνου τὸ ὑπὸ ΚΜ ΗΠ [τοῦτο γὰρ προδέδεικται], καὶ τῇ ΚΜ παράλληλος ἤχθω ἡ ΘΠΛ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΗΘ ΗΛ. φανερὸν οὖν ἐκ τῆς κατασκευῆς ὅτι τὸ ΘΗΛ τρίγωνον ἔλασσόν ἐστιν ἢ τὸ ἥμισυ τοῦ ληφθέντος μέρους τοῦ ΑΒΓ (ἐλάσσων γὰρ ἡ ΘΛ τῆς ΚΜ), ἑκάστη δὲ αὐτοῦ πλευρὰ ἑκάστης τῶν τοῦ ΑΒΓ ἢ πολλαπλασία ἢ καὶ *μείζων ἢ πολλαπλασία κατὰ τοὺς δοθέντας ἀριθμούς (μείζων γὰρ ἡ ΘΛ τῆς ΕΖ).*

---

5. $\overline{\Delta\Theta}$ A[1] in marg. (B), om. S 7. *δοθέν* in A extremum est fol. 24; sequitur rasura versuum duorum et dimidii, tum initio fol. 25 *τος τριγώνου* cet. 8. 9. *ὡς — προείρηται* interpolatori tribuit et *η καὶ — πολλαπλασία* add. *Hu* 10. *τὸ* $\overline{AB\Gamma}$ A[1] ex *τὸ* $\overline{\Delta{*}\Gamma}$ 12. 13. *ἢ καὶ — πολλαπλασίας* del. *Hu* (scilicet haec ex margine prave huc irrepsisse videntur, postquam paulo supra incuria omissa sunt) 18. *τὸ* (ante *ὑπὸ*) V *Co* pro *τοῦ* *τοῦτο γὰρ προδέδεικται*] "nos consulto omisimus; neque enim hoc a Pappo ante demonstratum est, sed ex elementis petitur" *Co* 21. *ἢ* add. cod. Paris. 2368 S 23. *ἢ πολλαπλασία ἢ καὶ* add. *Hu* (paulo aliter *Co*: *ἑκάστης τῶν τοῦ ΑΒΓ ἢ πολλαπλασία κατὰ τοὺς δοθέντας ἀριθμοὺς ἢ μείζων ἢ πολλαπλασία*)

maius est quam triangulum $\vartheta\zeta\eta$ et aequale triangulo $\alpha\beta\gamma$, est igitur triangulum $\alpha\beta\gamma$, quod quidem minora latera habet, maius quam triangulum $\vartheta\zeta\eta$, *cuius singula latera maiora sunt.*

XXXIX. Hoc quidem inter admirabilia numeratur; multo Prop. 42 autem magis mirum fiat, si ipsum quidem triangulum inveniatur pars esse dati trianguli, singula autem eius latera multipla singulorum *dati trianguli laterum* secundum datos numeros [sicut de parallelogrammo supra (*propos. 40*) demonstratum est] vel etiam maiora quam multipla.



Sit enim triangulum $\alpha\beta\gamma$, et construatur triangulum $\eta\varepsilon\zeta$, cuius singula latera singulorum $\alpha\beta\gamma$ trianguli laterum multipla sint secundum datos numeros, et circa centrum η per ε describatur circumferentia $\varepsilon\vartheta\varkappa$, et per ζ circumferentia $\zeta\lambda\mu$, et per η rectae $\varepsilon\zeta$ parallela



ducatur $\varkappa\eta\mu$, et a puncto η ad rectam $\varepsilon\zeta$ ducatur perpendicularis $\eta\nu$, et *in ea punctum* π *ita sumatur, ut* rectangulum $\varkappa\mu \cdot \eta\pi$ sit proposita pars trianguli $\alpha\beta\gamma$, et rectae $\varkappa\mu$ parallela ducatur $\vartheta\pi\lambda$, iunganturque $\eta\vartheta$ $\eta\lambda$. Apparet igitur ex constructione triangulum $\vartheta\eta\lambda$ minus esse quam dimidium propositae partis trianguli $\alpha\beta\gamma$ (est enim $\vartheta\lambda$ minor quam $\varkappa\mu$, *ideoque triangulum* $\vartheta\eta\lambda$ *minus quam dimidium rectanguli* $\varkappa\mu \cdot \eta\pi$), singula autem eius latera multipla sunt singulorum trianguli $\alpha\beta\gamma$ *laterum* secundum datos numeros vel etiam maiora quam multipla (est enim $\vartheta\eta = \varepsilon\eta$, *et* $\eta\lambda = \eta\zeta$, *et* $\vartheta\lambda > \varepsilon\zeta$).

75 *μʹ. Εἰς τὴν δοθεῖσαν σφαῖραν ἐγγράψαι τὰ πέντε πολύεδρα, προγράφεται δὲ τάδε.*

Ἔστω ἐν σφαίρᾳ κύκλος ὁ *ΑΒΓ*, οὗ διάμετρος ἡ *ΑΓ* καὶ κέντρον τὸ *Δ*, καὶ προκείσθω εἰς τὸν κύκλον ἐμβαλεῖν εὐθεῖαν παράλληλον μὲν τῇ *ΑΓ* διαμέτρῳ, ἴσην δὲ τῇ δοθείσῃ μὴ μείζονι οὔσῃ τῆς *ΑΓ* διαμέτρου.

Κείσθω τῇ ἡμισείᾳ τῆς δοθείσης ἴση ἡ *ΕΔ*, καὶ τῇ *ΑΓ* διαμέτρῳ ἤχθω πρὸς ὀρθὰς ἡ *ΕΒ*, τῇ δὲ *ΑΓ* παράλληλος ἡ *ΒΖ*, ἥτις ἴση ἔσται τῇ δοθείσῃ· διπλῆ γάρ ἐστιν τῆς *ΕΔ* (ἐπεὶ καὶ ἴση τῇ *ΕΗ*, παραλλήλου ἀχθείσης τῆς *ΖΗ* τῇ *ΒΕ*).

76 *μαʹ*. Ἔστωσαν ἐν σφαίρᾳ παράλληλοι κύκλοι οἱ *ΑΚΔ ΒΕΖΓ*, ἡ δὲ διὰ τῶν *Β Γ* ἀγομένη εὐθεῖα διάμετρος ἔστω τοῦ κύκλου, καὶ προκείσθω ἀγαγεῖν διάμετρον τοῦ *ΑΚΔ* κύκλου παράλληλον τῇ ἐπὶ τὰ *Β Γ* διαμέτρῳ.

Ἐκβεβλήσθω διὰ τῶν *Β Γ* σημείων ἐπίπεδον ὀρθὸν πρὸς τὸν κύκλον, καὶ ποιήσει τομὴν *ΑΒΓΔ* μέγιστον κύκλον· ὁ *ΑΒΓΔ* ἄρα ἥξει καὶ διὰ τῶν πόλων αὐτῶν καὶ δίχα τεμεῖ καὶ τὸν *ΑΚΔ*. ἡ ἄρα ἐπὶ τὰ *Α Δ* ἐπιζευγνυμένη διάμετρος παράλληλός ἐστι τῇ ἐπὶ τὰ *Β Γ*. ἔστι δὲ φανερόν· τετμήσθω γὰρ ἡ *ΒΓ* περιφέρεια δίχα τῷ *Θ* σημείῳ· ἐπεὶ οὖν ἡ *ΘΑ* τῇ *ΘΔ* ἴση ἐστὶν (ἐκ πόλου γάρ), ὧν ἡ *ΘΒ* τῇ *ΘΓ*, καὶ λοιπὴ ἄρα ἡ *ΑΒ* λοιπῇ τῇ *ΓΔ* ἐστὶν

---

1. *$\overline{M}$* A[1] in marg. (BS) *τὰ πέντε Hu*, *τε* A (fuit igitur in archetypo *τὰ $\bar{ε}$*), *τὲ* B, *τὰ* S 2. *τάδε* et 3. *Ἔστω* add. *Co* 5. *τὴν $\overline{ΑΓ}$ διαμέτρωι* AB, corr. S 7. *ἡμισείᾳ τῆς δοθείσης Co* pro *δοθείσῃ* 8. post *ἤχθω* add. A *ἡ*, sed del. prima m. 10. *ἐπεὶ* add. *Hu* 12. *$\overline{ΜΑ}$* A[1] in marg. (BS) 13. *$\overline{ΒΕ}$ $\overline{ΖΓ}$* ABS, coniunx. *Co* *τῶν $\overline{ΒΓ}$* AS, distinx. B, item vs. 15 16. *ἐκβεβλήσθω* A, sed litterarum *εκβεβλ* incerta tantum vestigia comparent, ...*μήσθω* B, ...*κείσθω* S *σημεῖον* AB, corr. S 17. *τὸ μὲν $\overline{ΑΒΓΔ}$ μέγιστος κύκλος* ABS, corr. *Co Sca* 18. *πολλῶν* A Paris. 2369 cod. *Co*, corr. BS *Co* 19. *τεμεῖ Hu* pro *τέμνει* *τὰ $\overline{ΑΔ}$* A *Co Sca*, *τὰ $\bar{β}$* B[1], *τὰ $\bar{α}$ $\bar{β}$* B[3], *τὰ $\overline{αβ}$* S cod. *Co* 20. *παράλληλος* add. *Co Sca* *τὰ $\overline{ΒΓ}$* AS, distinx. B *ἔστι δὲ* add. *Co* 22. *ἴση* add. *Co* *ἐκπολλῶν* A(BS), *ἐκ πόλων* coni. *Co*, corr. *Co Sca* 23. *ὧν ἡ Hu*, *ων* A, *ὢν* B, *ὧν* S *καὶ λοιπῆι ἄρα* A, corr. BS

In datam sphaeram quinque polyedra inscribantur [1]; praemittuntur autem haec.

XL. Sit in sphaera circulus $\alpha\beta\gamma$, cuius diametrus $\alpha\gamma$ et centrum δ, et propositum sit in circulo construere rectam diametro $\alpha\gamma$ parallelam et aequalem datae *cuidam*, quae non sit maior quam $\alpha\gamma$ diametrus. Prop. 43



Ponatur $\varepsilon\delta$ aequalis dimidiae datae, et diametro $\alpha\gamma$ perpendicularis ducatur $\varepsilon\beta$, et eidem $\alpha\gamma$ parallela $\beta\zeta$, quae datae aequalis erit; est enim dupla $\varepsilon\delta$ (quoniam aequalis est rectae $\varepsilon\eta$, siquidem $\zeta\eta$ rectae $\beta\varepsilon$ parallela ducta sit).

XLI. Sint in sphaera paralleli circuli $\alpha\varkappa\delta$ $\beta\varepsilon\zeta\gamma$, et recta per β γ ducta circuli diametrus sit, et propositum sit diametrum circuli $\alpha\varkappa\delta$ parallelam rectae $\beta\gamma$ ducere. Prop. 44



Ducatur per puncta β γ planum circulo perpendiculare, quod sectionem efficiet maximum circulum $\alpha\beta\gamma\delta$; ergo circulus $\alpha\beta\gamma\delta$ per polos circulorum $\beta\varepsilon\zeta\gamma$ $\alpha\varkappa\delta$ transibit et circulum quoque $\alpha\varkappa\delta$ bifariam secabit (*Theodos. sphaer.* *1, 13*). Recta igitur quae inter α δ iungitur diametrus est ipsi $\beta\gamma$ parallela. Et hoc quidem manifestum est. Circumferentia enim $\beta\gamma$ bifariam secetur in puncto ϑ. Iam quia circumferentia $\vartheta\alpha$ circumferentiae $\vartheta\delta$ aequalis est (nam *utraque* ex polo *ad diametrum pertinet*), et $\vartheta\beta$ aequalis $\vartheta\gamma$, per sub-

1) Hoc quartum est ex problematis principalibus quae Pappus hoc libro tractavit: vide supra p. 31 adnot. 1. Quod autem τὰ πέντε πολύεδρα, i. e. quinque illa polyedra regularia quae vulgo Platonica vocantur, correximus, satis est Platon. Tim. p. 55 et Eucl. elem. 13 propos. 13—18 citare.

ἴση· παράλληλος ἄρα ἡ ἐπὶ τὰ Α Δ διάμετρος τῇ ἐπὶ τὰ Β Γ διαμέτρῳ.

77 Ἔστω δὲ ἡ ἐπὶ τὰ Ε Ζ μὴ διάμετρος καὶ προκείσθω διάμετρον ἀγαγεῖν τοῦ ΑΚΔ κύκλου παράλληλον τῇ ἐπὶ τὰ Ε Ζ.

Κείσθω τῇ ἡμισείᾳ τῆς ὑπεροχῆς ᾗ ὑπερέχει ἡμικύκλιον τῆς ΕΖ περιφερείας ἑκατέρα τῶν ΕΒ ΖΓ ἴση, καὶ διὰ τῶν Β Γ γεγράφθω ὁμοίως μέγιστος ὁ ΑΒΓΔ· ἔσται ἄρα ἡ ἐπὶ τὰ Α Δ διάμετρος τοῦ ΑΚΔ κύκλου παράλληλος τῇ ἐπὶ τὰ Ε Ζ, ὅτι καὶ αὐτὴ παράλληλος τῇ ἐπὶ τὰ Β Γ.

78 μβ΄. Ἔστωσαν ἐν παραλλήλοις ἐπιπέδοις παράλληλοι εὐθεῖαι αἱ ΑΕ ΓΖ, καὶ ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐπιπέδοις διήχθωσαν αἱ ΑΒ ΓΔ ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη τοῦ διὰ τῶν ΑΕ ΓΖ ἐκβαλλομένου ἐπιπέδου ἴσας γωνίας ποιοῦσαι τὰς ὑπὸ ΒΑΕ ΔΓΖ· ὅτι καὶ αἱ ΑΒ ΓΔ παράλληλοί εἰσι, τουτέστιν ὅτι ἐκβληθὲν τὸ διὰ τῶν Β Α Γ σημείων ἐπίπεδον ποιεῖ ἐν τῷ διὰ τῶν Δ Γ Ζ ἐπιπέδῳ τὴν ΓΔ.

Εἰ γὰρ ἑτέραν ποιήσει ἐκεῖ, περιέξει μετὰ τῆς ΓΖ γωνίαν ἴσην τῇ ὑπὸ ΒΑΕ, ὅπερ ἐστὶν ἀδύνατον· ἴση γὰρ ὑπόκειται ἡ ὑπὸ ΒΑΕ τῇ ὑπὸ ΔΓΖ.

79 μγ΄. Ἐκ τούτου φανερὸν ὅτι, ἐὰν ἐν παραλλήλοις ἐπιπέδοις κύκλοι ὦσιν [ὡς ὑπογεγραμμένοι], καὶ ἐν αὐτοῖς παράλληλοι εὐθεῖαι αἱ ΑΒ ΓΔ ἐπὶ τὰ αὐτὰ τῶν Ε Ζ κέντρων ὅμοια τμήματα κύκλων ἀπολαμβάνουσαι, παράλληλος ἔσται ἡ μὲν ΑΕ τῇ ΓΖ, ἡ δὲ ΒΕ τῇ ΔΖ.

---

1. 2. τὰ ΑΔ — τὰ ΒΓ AS, distinx. B, et similiter posthac cap. 77 2. διάμετρος S pro διαμέτρωι 3. προσκείσθω AS, corr. B 4. παράλληλον A[s], παράλληλος BS 8. ὁ ΑΒ ΓΔ A, coniunx. BS, κύκλος ὁ ΑΒΓΔ coni. *Co* 10. αυτὴν παραλληλας A(B), αὐτὴν παράλληλος S, αὐτὴ corr. *Co Sca* 11. ΜΒ A[1] in marg. (BS) 12. αἱ ΑΕΓΖ — 13. αἱ ΑΒΓΔ et τῶν ΑΕΓΖ A, distinx. BS 14. ἐπιπέδων ABS, corr. *Co* 16. διὰ τῶν ΑΒΓ ABS, corr. *Co* 17. διὰ τῶν Δ Γ Ζ add. *Hu* 18. Εἰ *Co* pro ἐπεὶ 18. 19. τῆς ΓΔ γωνίας ἴσον τῆι ὑπὸ ΒΑΓ ABS, corr. *Co* 19. ἀδύνατον add. *Hu*, ἄτοπον *Co* 20. ὑποκείσθω ABS, corr. *Co Sca* 21. ΜΓ A[1] in marg. (BS) ἐν add. *Hu* auctore *Co* 22. ὡς ὑπογεγραμμένοι del. *Hu* 23. αἱ ΑΒΓΔ — τῶν ΕΖ A, distinx. BS 25. ἡ μὲν ΑΘ τῆι ΓΖ ἡ δὲ ΒΗ ABS, corr. *Co*

tractionem igitur est $\alpha\beta$ aequalis $\gamma\delta$; ergo diametrus $\alpha\delta$ diametro $\beta\gamma$ parallela est.

Sed sit *in circulo* $\beta\varepsilon\zeta\gamma$ recta *quaevis* $\varepsilon\zeta$, quae non sit diametrus, et propositum sit diametrum circuli $\alpha\varkappa\delta$ ducere parallelam rectae $\varepsilon\zeta$. Prop. 45



Sumatur differentia semicirculi et circumferentiae $\varepsilon\zeta$, ac dimidiae differentiae aequalis ponatur et $\varepsilon\beta$ et $\zeta\gamma$, et per $\beta\gamma$ similiter describatur maximus circulus $\alpha\beta\gamma\delta$; erit igitur circuli $\alpha\varkappa\delta$ diametrus $\alpha\delta$ parallela rectae $\varepsilon\zeta$, quoniam haec ipsa parallela est diametro $\beta\gamma$.

XLII. Sint in planis parallelis rectae parallelae $\alpha\varepsilon$ $\gamma\zeta$, et in eisdem planis ducantur rectae $\alpha\beta$ $\gamma\delta$ ad easdem partes plani per $\alpha\varepsilon$ $\gamma\zeta$ producti, quae angulos $\beta\alpha\varepsilon$ $\delta\gamma\zeta$ aequales faciant; dico rectas $\alpha\beta$ $\gamma\delta$ inter se parallelas esse, id est, planum per puncta β α γ transiens in plano $\delta\gamma\zeta$ facere *sectionem* $\gamma\delta$. Prop. 46



Nam si in plano $\delta\gamma\zeta$ aliam *sectionem* faciet, cum recta $\gamma\zeta$ continebit angulum aequalem angulo $\beta\alpha\varepsilon$, id quod fieri non potest; nam ex hypothesi angulus $\beta\alpha\varepsilon$ angulo $\delta\gamma\zeta$ aequalis est.

XLIII. Hinc manifestum est, si in parallelis planis circuli sint, et in his parallelae rectae $\alpha\beta$ $\gamma\delta$, quae ad easdem partes centrorum ε ζ similia segmenta abscindant, parallelam esse rectam $\alpha\varepsilon$ ipsi $\gamma\zeta$, et $\beta\varepsilon$ ipsi $\delta\zeta$. Prop. 47

Ἴσαι γὰρ γίνονται διὰ τὴν ὁμοιότητα τῶν τμημάτων αἵ τε Α Γ καὶ αἱ Β Δ γωνίαι [ἴσαι ἀλλήλαις], καὶ παράλληλοι αἱ ΑΒ ΓΔ ἐν παραλλήλοις ἐπιπέδοις.

80 *μδ΄. Ἂν δὲ αἱ τὰ ὅμοια τῶν τμημάτων κύκλων ἀπολαμβάνουσαι παράλληλοι μὴ ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη τῶν κέντρων ὦσιν, αἱ ἀπὸ τῶν κέντρων ἐπὶ τὰ μὴ ὁμοίως κείμενα πέρατα τῶν παραλλήλων ἐπιζευγνύμεναι παράλληλοι ἔσονται.*

Δείκνυται γὰρ καὶ ὁμοίως ὡς ἐπὶ τῆς προκειμένης καταγραφῆς.

81 *με΄. Ἔστωσαν ἐν σφαίρᾳ* ἴσοι καὶ *παράλληλοι κύκλοι οἱ ΑΒ ΓΔ, καὶ ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη τῶν κέντρων ἴσαι καὶ παράλληλοι* αἱ ΑΒ ΓΔ· *ὅτι αἱ ἐπιζευγνύουσαι τὰ πέρατα αὐτῶν τὰ Α Γ, Β Δ ἴσαι τέ εἰσιν καὶ παράλληλοι καὶ ὀρθαὶ πρὸς τὰ τῶν κύκλων ἐπίπεδα.*



Ἔστι δὲ φανερὸν ἐκ τῶν προδεδειγμένων· ἐπιζευχθεῖσαι γὰρ αἱ ΑΕ ΓΖ παράλληλοι ἔσονται. καὶ εἰσὶν ἴσαι ἀλλήλαις· ὥστε καὶ αἱ ΑΓ ΕΖ ἴσαι τε καὶ παράλληλοί εἰσιν. ὁμοίως καὶ αἱ ΕΖ ΒΔ. καὶ ἔστιν ἡ ΕΖ ὀρθὴ πρὸς τὰ τῶν κύκλων ἐπίπεδα (περὶ γὰρ τοὺς αὐτοὺς πόλους εἰσίν, καὶ ἡ διὰ τῶν πόλων αὐτῶν ἀγομένη ὀρθή ἐστιν πρὸς ἑκάτερον αὐτῶν καὶ διὰ τῶν κέντρων αὐτῶν τε καὶ τῆς σφαίρας ἐλεύσεται, ὡς ἔστιν ἐν σφαιρικοῖς)· καὶ αἱ ΑΓ ΒΔ ἄρα ἴσαι τε καὶ παράλληλοι καὶ *ὀρθαί εἰσι πρὸς τοὺς κύκλους.*

82 *μϛ΄. Μὴ ἔστωσαν δὲ ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη τῶν κέντρων*

---

1. 2. *αἵ τε Hu* pro *ἔσται* 2. *ΑΓ* ABS, distinx. *Co* *καὶ αἱ ΒΔ* AB[1]S, distinx. B[3] *ἴσαι ἀλλήλαις* del. *Hu* 3. *αἱ ΑΒΓΔ* A, distinx. BS 4. *ΜΔ* A[1] in marg. (BS) *δὲ αἱ Hu* auctore *Co* pro *δ' ἐπὶ* 10. *ΜΕ* A[1] in marg. (BS) *ἴσοι καὶ* add. *Co* 12. *αἱ ΑΒ ΓΔ* add. idem 13. *τὰ ΓΗ αἱ ΑΓ ΒΔ* ABS, *ΓΗ αἱ* del. *Co* 25. *ἑκατέραν* ABS, corr. *Hu* auctore *Co* 27. *παράλληλοι καὶ* add. *Co* 28. *τοῖς κύκλοις* ABS, corr. *Hu* (nam *τοὺς κύκλους* recte dici vi-



Nam propter similitudinem segmentorum angulus α angulo γ, et angulus β angulo δ aequales et *ex hypothesi* rectae $\alpha\beta$ $\gamma\delta$ parallelae sunt in parallelis planis; *ergo propter superius lemma efficitur id quod propositum est.*

XLIV. Sin vero rectae parallelae quae similia circulorum segmenta abscindunt non ad easdem centrorum partes sint, radii *in alterutro circulo* ad oppositas circumferentiae partes producti paralleli erunt *radiis alterius circuli.* Prop. 48



Hoc enim demonstratur similiter atque ad superiorem figuram.

XLV. Sint in sphaera circuli aequales et paralleli $\alpha\beta$ $\gamma\delta$, et ad easdem partes centrorum aequales et parallelae rectae $\alpha\beta$ $\gamma\delta$; dico rectas quae earum terminos α γ, β δ coniungunt aequales et parallelas esse et perpendiculares ad circulorum plana. Prop. 49

Est autem manifestum ex iis quae modo demonstrata sunt. Iunctae enim rectae $\alpha\varepsilon$ $\gamma\zeta$ parallelae erunt (*propos. 47*). Et sunt inter se aequales (*quia ex centris sunt*), ita ut etiam rectae $\alpha\gamma$ $\varepsilon\zeta$ aequales et parallelae sint. Similiter etiam rectae $\varepsilon\zeta$ $\beta\delta$. Et est $\varepsilon\zeta$ perpendicularis ad circulorum plana (nam circa eosdem polos sunt, et recta per polos eorum ducta perpendicularis est ad utrumque ac per centra et ipsorum et sphaerae transibit, ut est in *Theodosii* sphaericis *2, 1. 1, 10*); ergo etiam rectae $\alpha\gamma$ $\beta\delta$ aequales sunt et parallelae et perpendiculares ad circulorum *plana.*

XLVI. Sed non sint ad easdem partes centrorum aequa- Prop. 50

---

detur pro τὰ τῶν κύκλων ἐπίπεδα, quod supra legitur) 29. $\overline{M\varsigma}$ A[1] in marg. (BS) *αἱ ἴσαι* καὶ *παράλληλοι αἱ ΑΒ ΓΔ· ὅτι* αἱ ἐπιζευγνύουσαι τὰ πέρατα αὐτῶν τὰ Α Δ, Β Γ *ἴσαι εἰσὶν ἀλλήλαις τε καὶ τῇ διαμέτρῳ τῆς σφαίρας.*

Τεμνέτωσαν γὰρ ἀλλήλας κατὰ τὸ Η, καὶ ἐπεζεύχθωσαν ἐπὶ τὰ κέντρα αἵ τε ΑΕ ΕΗ καὶ αἱ ΔΖ ΖΗ. ἐπεὶ ἴση ἡ ΑΒ τῇ ΓΔ, καὶ ἐπιζευγνύουσιν αὐτὰς αἱ ΑΔ ΒΓ, αἱ δ' ἄρα αἱ ΑΗ ΗΔ ΒΗ ΗΓ *ἴσαι ἀλλήλαις εἰσίν· τοῦτο γὰρ φανερόν ἐστιν· ὥστε καὶ ἡ* ΑΔ τῇ ΒΓ ἴση *ἐστίν. ἀλλὰ καὶ ἡ ΑΕ τῇ ΔΖ ἐστὶν ἴση [ἐκ κέντρου τῶν ἴσων κύκλων]. ἔστι δὲ καὶ [αὐτῇ παράλληλος] ἴση μὲν ἡ ὑπὸ ΕΑΗ γωνία τῇ ὑπὸ ΗΔΖ ἐναλλάξ, ἡ δὲ ΑΗ βάσις τῇ ΗΔ· ὥστε καὶ ἡ ὑπὸ ΑΗΕ γωνία ἴση ἐστὶν τῇ ὑπὸ ΔΗΖ. κοινῆς προστεθείσης τῆς ὑπὸ ΕΗΔ γίνονται αἱ ὑπὸ ΑΗΕ ΕΗΔ, δυσὶν ὀρθαῖς ἴσαι οὖσαι, ταῖς ὑπὸ ΕΗΔ ΔΗΖ* ἴσαι *[ὥστε καὶ ταῖς ὑπὸ ΕΗΔ ΔΗΖ δυσὶν ὀρθαῖς ἴσας εἶναι]· ἐπ' εὐθείας ἄρα ἐστὶν ἡ ΕΗ τῇ ΗΖ. καὶ ἴση ἐδείχθη ἡ ΕΗ τῇ ΗΖ· κέντρον ἄρα ἐστὶν τὸ Η τῆς σφαίρας διὰ τὸ ἴσους ὑποκεῖσθαι τοὺς κύκλους· διάμετροι ἄρα τῆς σφαίρας αἱ ΑΔ ΒΓ, καὶ ἴσαι ἀλλήλαις.*

83 *Ἂν δ' ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη ἐπιζευχθῶσιν αἱ ΑΓ ΒΔ, ἴσαι ἔσονται ἀλλήλαις τε καὶ ὀρθὰς μετὰ τῶν ΑΒ ΓΔ περιέξουσιν γωνίας.*

Τῇ γὰρ ΓΔ ἴσης καὶ παραλλήλου ἐφαρμοσθείσης τῆς ΘΗ, ἔσται ἡ ΘΗ ὀρθὴ πρὸς ἑκατέραν τῶν ΘΓ ΑΘ, καὶ πρὸς τὸ αὐτῶν ἐπίπεδον, ὥστε καὶ ἡ ΓΔ· ὀρθὴ ἄρα ἐστὶν ἡ ὑπὸ ΑΓΔ. ὁμοίως καὶ αἱ λοιπαί.

1. *καὶ* add. *Hu* auctore *Co* 1. 2. *αἱ — Α Δ, Β Γ* add. *Hu* partim auctore *Co* 5. *ΕΗ καὶ Co* pro *ΕΝ καὶ* 7. *αἱ Δ ἄρα* | /////////////// *ἴσαι* Α, et hinc lacunae in BS, *erunt rectae lineae βη ηγ inter se aequales Co, αἱ* post *ἄρα* add. B³, reliqua corr. *Hu* 8. *φανερόν Co* pro *μικρόν* *ὥστε καὶ* | *η* ///////////// *εστιν* Α, eaedemque lacunae in BS, *ὥστε καὶ ἡ δη τῇ ... ἴση ἐστιν* B³, *ὥστε καὶ ἡ ΔΗ τῇ ΗΑ ἴση ἐστι Co,* corr. *Hu* 9. *ἐκ — κύκλων* interpolatori tribuit *Hu* 10. *αυτη παράλληλος* A, *αὔτη παράλληλος* B, del. *Hu* *ἡ* add. *Hu* 11. *τῆι ὑπὸ ΗΖΔ* ABS, corr. *Co Sca* *ἡ δὲ ΑΗ Hu* pro *ἡ δὲ ΕΗ* (*basis εη basi ηζ Co*) *βάσις Hu* auctore *Co* pro *βάσει* 14. *ἴσαι* add. et *ὥστε* — 15. *εἶναι*, manifestum interpretamentum, del. *Hu* 15. *ΕΗΔ* (ante *ΔΗΖ δυσὶν*) *Co* pro *ΕΔΗ* 16. *ἡ ΕΗ Co* pro *ἡ ΕΝ* 20. *αἱ ΑΓΒΔ* A, distinx. BS 21. *ἴσαι — τῶν ΑΒ ΓΔ* om. A¹, add. A² in marg.

les et parallelae rectae $\alpha\beta$ $\gamma\delta$; dico rectas quae terminos earum α δ, β γ coniungunt et inter sese et diametro sphaerae aequales esse.



Secent enim inter se in puncto η, et ad centra ducantur $\alpha\varepsilon$ $\varepsilon\eta$ et $\delta\zeta$ $\zeta\eta$. Quoniam *ex hypothesi* $\alpha\beta$ $\gamma\delta$ aequales inter se *et parallelae et in planis circulorum aequalium et parallelorum* sunt, easque rectae $\alpha\delta$ $\beta\gamma$ coniungunt, quattuor igitur rectae $\alpha\eta$ $\eta\delta$ $\beta\eta$ $\eta\gamma$ aequales sunt inter sese; hoc enim manifestum est; ergo etiam $\alpha\delta$ $\beta\gamma$ aequales sunt. Sed est etiam $\alpha\varepsilon$ aequalis $\delta\zeta$, et, *quoniam propter propos. 48 parallelae sunt* $\alpha\varepsilon$ $\delta\zeta$, angulus $\varepsilon\alpha\eta$ aequalis angulo $\eta\delta\zeta$, et, *ut modo significavimus*, basis $\alpha\eta$ ipsi $\eta\delta$ aequalis; ergo *et recta* $\varepsilon\eta$ *rectae* $\eta\zeta$ *et* angulus $\alpha\eta\varepsilon$ angulo $\delta\eta\zeta$ aequalis est. Communi apposito angulo $\varepsilon\eta\delta$ fiunt

$$\angle\, \alpha\eta\varepsilon + \angle\, \varepsilon\eta\delta = \angle\, \varepsilon\eta\delta + \angle\, \delta\eta\zeta.$$

Sed *ex constructione* anguli $\alpha\eta\varepsilon + \varepsilon\eta\delta$ duobus rectis aequales sunt; ergo $\varepsilon\eta$ $\eta\zeta$ in eadem recta sunt. Et demonstrata est recta $\varepsilon\eta$ aequalis ipsi $\eta\zeta$; ergo, quia ex hypothesi circuli $\alpha\beta$ $\gamma\delta$ aequales sunt, punctum η centrum sphaerae est[1]; ergo $\alpha\delta$ $\beta\gamma$ diametri sphaerae sunt eaedemque inter se aequales.

Si vero ad easdem partes iungantur rectae $\alpha\gamma$ $\beta\delta$, hae Prop. 51
et inter se aequales erunt et cum $\alpha\beta$ $\gamma\delta$ rectos angulos continebunt.



Rectae enim $\gamma\delta$ aequalis et parallela *in plano circuli* $\gamma\delta$ construatur $\vartheta\eta$; erit igitur $\vartheta\eta$ perpendicularis et ad $\vartheta\gamma$ (*propos. 52*) et ad $\vartheta\alpha$ (*propos. 49 vel 52*); ergo etiam ad planum $\alpha\vartheta\gamma$ (*elem. 11, 4*); itaque etiam recta $\gamma\delta$ *ad idem planum perpendicularis est* (*elem. 11, 8*); rectus igitur est angulus $\alpha\gamma\delta$, itemque reliqui.

1) Hoc Pappus, ut videtur, effici voluit ex Theodosii sphaer. 1, 6 et 7.

(BS) 23. τῆι γὰρ AB, corr. S 24. ἡ *ΘH Co* pro ἡ $\overline{ΘK}$ τῶν $\overline{ΘΓ}$ $\overline{ΑΓ}$ ABS, τῶν *ΗΓ ΗΑ Co*, corr. *Hu* (mutatis scilicet inter se figurae litteris Θ et *H*) 25. αὐτῶν B[1], ἑαυτῶν AB[3]S

84 *μζʹ. Ἐὰν ὦσιν ἐν σφαίρᾳ παράλληλοι εὐθεῖαι, αἱ τὰ ὁμοταγῆ πέρατα αὐτῶν ἐπιζευγνύουσαι ἴσαι ἔσονται ἀλλήλαις· ἂν δὲ καὶ ἴσαι ὦσιν αἱ παράλληλοι, καὶ αὗται παράλληλοι ἔσονται καὶ ὀρθαὶ πρὸς τὰς ὑποκειμένας παραλλήλους.*

Ἔστιν δὲ φανερόν· ἐκβληθέντος γὰρ τοῦ διὰ τῶν παραλλήλων ἐπιπέδου γίνεται κύκλος ἐν ᾧ εἰσιν αἱ παράλληλοι, καὶ αἱ ἐπιζευγνύουσαι τὰς ἐξ ἀρχῆς παραλλήλους ἀνιούσας τραπέζιον ποιήσουσιν· ἂν δὲ καὶ ἴσαι ὦσιν αἱ παράλληλοι, αἱ ἐπιζευγνύουσαι αὐτὰς οὐκέτι τραπέζιον ἀλλὰ τετράγωνον ἢ *ἑτερόμηκες περιέξουσιν.*

85 *Ἔστωσαν ἐν ὑποκειμένῳ ἐπιπέδῳ αἱ ΑΒ ΒΓ εὐθεῖαι ἴσας περιέχουσαι γωνίας μετὰ τῆς ΔΒΕ ἐν τῷ αὐτῷ κειμένης ἐπιπέδῳ, καὶ ἐφεστάτω ἡ ΒΖ μεθ' ἑκατέρας τῶν ΑΒ ΒΓ ἴσας περιέχουσα γωνίας· ὅτι ὀρθή ἐστιν τῇ ΔΕ.*

Ἤχθω ἐπὶ τὸ ὑποκείμενον ἐπίπεδον κάθετος ἡ *ΖΗ, καὶ ἐπὶ τὰς ΑΒ ΒΓ αἱ ΗΓ ΗΑ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ* ΑΖ ΖΓ ΗΒ· αἱ ΑΖ ΖΓ ἄρα ὀρθαὶ ἔσονται *ἐπὶ τὰς ΑΒ ΒΓ. καὶ διὰ τὸ ἴσας εἶναι* τὰς ὑπὸ τῶν ΑΒΖ ΓΒΖ *γωνίας ἴσαι ἔσονται καὶ αἱ ΑΒ ΒΓ, καὶ ΖΑ ΖΓ, καὶ ΗΑ ΗΓ, καὶ γωνία ἡ ὑπὸ ΑΒΗ τῇ ὑπὸ ΓΒΗ. ἀλλὰ καὶ ἡ ὑπὸ ΔΒΑ τῇ ὑπὸ ΕΒΓ ὑπόκειται ἴση· καὶ ὅλη ἄρα ὅλῃ· κάθετος ἄρα ἡ ΗΒ ἐπὶ τὴν ΔΕ. ἔστιν δὲ καὶ ἡ ΖΗ ἐπὶ τὸ ἐπίπεδον· καὶ ἡ ΖΒ ἄρα κάθετος ἐπὶ τὴν ΔΕ.*

---

1. $\overline{MZ}$ A[1] in marg. (BS) 2. post *πέρατα* repetunt *τὰ* AS, del. B 9. *τραπεζειον* A(B[1]), corr. B[2]S, item vs. 10 10. *παραλλήλοις ἐπιζευγνύουσαι* AB, *παράλληλοι* corr. S, *αἱ* restituit *Hu* 11. *τετράγωνον ἢ* add. *Co* 16. *ἐπεὶ* AB, corr. S *ἐπι*////// /////// / | $\overline{ZH}$ A, *ἐπίπεδον* .... $\overline{\zeta\eta}$ BS, *κάθετος ἡ* add. *Sca*, *ὀρθὴ ἡ Co* 17. *τὰς* $\overline{ABB\Gamma}$ A, distinx. BS 17—20. *ἐπιζευχθ*/////////////// | *ἔσονται ἐπὶ τὰς* $\overline{ABB\Gamma}$ *καὶ διὰ τὸ ἴσας εἶναι* ////////////////// | *ας ἴσαι ἔσονται καὶ αἱ* $\overline{AB}$ $\overline{B\Gamma}$ A (et similiter cum lacunis BS), *καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ζα ζγ ηβ. αἱ* $\overline{\zeta\alpha}$ $\overline{\zeta\gamma}$ *ἄρα ὀρθαὶ ἔσονται ἐπὶ τὰς* $\overline{\alpha\beta}$ *βγ ὡς ἐδείχθη ἐν τοῖς ὀπτικοῖς. καὶ διὰ τὸ ἴσας εἶναι τὰς ὑπὸ τῶν αβζ γβζ γωνίας* cet. *Sca*, *iunganturque ζα ζγ ηβ. erunt ζα ζγ ad αβ βγ perpendiculares. et cum anguli αβζ γβζ sint aequales* cet. *Co* 22. *ὑποκείσθω* ABS, *ponitur Co*, corr. *Hu* 24. *ἐπὶ τῆι* $\overline{\Delta E}$ ABS, corr. *Hu*

XLVII. Si sint in sphaera rectae parallelae, rectae terminos earum ex iisdem partibus coniungentes aequales inter se erunt; si vero parallelae etiam aequales sint, hae quoque *quae ipsas coniungunt* parallelae erunt et perpendiculares ad illas parallelas. Prop. 52*)

Hoc quidem manifestum est. Nam ducto per parallelas plano fit circulus in quo sunt eae ipsae parallelae, et quae eas coniungunt rectae cum illis initio constructis parallelis trapezium efficient; sin autem parallelae etiam aequales sint, rectae eas coniungentes non iam trapezium, sed quadratum vel oblongum continebunt.

Sint in plano subiecto rectae $\alpha\beta$ $\beta\gamma$ eaeque cum recta $\delta\beta\varepsilon$, quae in eodem plano sit, aequales angulos efficiant, et *ad planum inclinata* erigatur $\beta\zeta$ cum utraque rectarum $\alpha\beta$ $\beta\gamma$ aequales angulos efficiens; dico $\beta\zeta$ ipsi $\delta\varepsilon$ perpendicularem esse. Prop. 53



Ducatur *a puncto* ζ ad planum subiectum perpendicularis $\zeta\eta$, et ad rectas $\beta\alpha$ $\beta\gamma$ perpendiculares $\eta\alpha$ $\eta\gamma$, et iungantur $\alpha\zeta$ $\zeta\gamma$ $\eta\beta$; rectae igitur $\zeta\alpha$ $\zeta\gamma$ perpendiculares erunt ad rectas $\alpha\beta$ $\beta\gamma$**). Et quia *ex hypothesi* anguli $\alpha\beta\zeta$ $\zeta\beta\gamma$ inter se aequales sunt, erunt etiam $\alpha\beta = \beta\gamma$, et $\zeta\alpha = \zeta\gamma$, et $\eta\alpha = \eta\gamma$, et $\angle\,\alpha\beta\eta = \angle\,\eta\beta\gamma$. Sed ex hypothesi etiam $\angle\,\delta\beta\alpha = \angle\,\varepsilon\beta\gamma$; ergo etiam

$$\angle\,\delta\beta\alpha + \angle\,\alpha\beta\eta = \angle\,\eta\beta\gamma + \angle\,\gamma\beta\varepsilon,$$

ideoque $\eta\beta$ perpendicularis est ad $\delta\varepsilon$. Sed *ex hypothesi* recta $\zeta\eta$ ad planum $\eta\delta\varepsilon$ perpendicularis est; *ergo etiam planum $\zeta\eta\beta$ ad planum $\eta\delta\varepsilon$ perpendiculare,* ideoque recta $\zeta\beta$ ad $\delta\varepsilon$ perpendicularis est.

*) Hanc propositionem Pappi collectioni posterior quidam scriptor inseruisse videtur.

**) "Quoniam enim $\zeta\eta$ perpendicularis est ad subiectum planum, etiam planum quod per $\eta\zeta$ $\zeta\alpha$ ducitur ad idem planum rectum erit (elem. 11, 18); ergo $\zeta\alpha$ ad $\alpha\beta$ est perpendicularis. Et eodem modo perpendicularis ostendetur $\zeta\gamma$ ad $\gamma\beta$" *Co.* Scaliger, quod adnotat ὡς ἐδείχθη ἐν τοῖς ὀπτικοῖς, Euclidis quae feruntur opticorum propositionis 37 scholion primum spectavisse videtur.

86 μη'. Εἰς τὴν δοθεῖσαν σφαῖραν πυραμίδα ἐγγράψαι.

Ἐγγεγράφθω καὶ ἔστω σημεῖα τῶν γωνιῶν αὐτῆς ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ τῆς σφαίρας τὰ Α Β Γ Δ. ἤχθω δὴ διὰ τοῦ Α τῇ ΓΔ παράλληλος ἡ ΕΖ· ἴσας δὴ περιέξει μετὰ τῶν ΑΓ ΑΔ γωνίας [ἑκατέραν διμοίρου, ἐν τῷ αὐτῷ ἐπιπέδῳ αὐταῖς οὖσα]. καὶ ἐφέστηκεν ἡ ΑΒ ἴσας ποιοῦσα μετὰ τῶν ΑΓ ΑΔ γωνίας· διὰ τὰ προδειχθέντα ἄρα ὀρθή ἐστιν ἡ ΕΖ τῇ ΑΒ, καὶ ἐφάψεται τῆς σφαίρας. ἐὰν γὰρ ἐκβληθῇ τὸ διὰ τῶν ΔΑ ΑΓ ἐπίπεδον, ποιήσει κύκλον, ἐν ᾧ



ἰσόπλευρον ἐγγεγράψεται τρίγωνον τὸ ΑΔΓ, καὶ τῇ ΓΔ παράλληλος ἡ ΕΖ· ἐφάψεται ἄρα ἡ ΕΖ τοῦ κύκλου, ὥστε καὶ τῆς σφαίρας. ἐκβληθὲν οὖν τὸ διὰ τῶν ΕΖ ΑΒ ἐπίπεδον τομὴν ποιήσει τῆς σφαίρας κύκλον, οὗ διάμετρος ἔσται ἡ ΑΒ διὰ τὸ ὀρθὴν εἶναι τῇ ΕΖ ἐφαπτομένῃ ὁμοίως. κἂν διὰ τοῦ Δ τῇ ΑΒ παράλληλος ἀχθῇ ἡ ΗΘ, ἐφάψεται τῆς σφαίρας, καὶ ὀρθὴ αὐτῇ ἔσται ἡ ΓΔ. κἂν ἐκβληθῇ τὸ διὰ τῶν ΗΘ ΓΔ ἐπίπεδον, κύκλον ποιήσει διάμετρον ἔχοντα τὴν ΓΔ ἴσον καὶ παράλληλον τῷ διάμετρον ἔχοντι τὴν ΑΒ· παράλληλοι γὰρ αἱ ΕΖ ΓΔ καὶ αἱ ΑΒ ΗΘ. ἤχθω διὰ τοῦ Κ κέντρου τῇ ΓΔ ὀρθὴ ἡ ΛΜ· παράλληλος ἄρα ἐστὶν τῇ ΑΒ. κἂν ἐπιζευχθῶσιν αἱ ΒΛ ΒΜ, ἡ μὲν ΒΜ ὀρθὴ ἔσται ἑκατέρᾳ τῶν ΑΒ ΛΜ καὶ τοῖς τῶν κύκλων ἐπιπέδοις, ἡ δὲ ΒΛ διάμετρος τῆς σφαίρας (προδέδεικται

1. μη' add. BS μυραμιδα A[1], πϋ superscr. A[2] 2. σημεῖον AB, corr. S γωνιῶν] ἐπ' AB, γωνιῶν ἐπ' S 3. τὰ $\overline{ΑΒ}$ $\overline{ΓΔ}$ A, distinx. BS 5. δὴ *Hu* pro δὲ 6. ἑκατέραν — 8. οὖσα interpolatori tribuit *Hu* 8. καὶ super vs. add. A[1] 9. ποιοῦσασ A, sed extremum σ expunxit prima man. 13. ἐφάψεται A[2] ex ἐφάψ**ται 20. τῆι σφαίραι A(BS), ἐν τῇ σφαίρᾳ voluit *Co*, corr. *Hu* 21. ἐφα-

XLVIII. In datam sphaeram pyramis inscribatur. Prop. 54

Sit iam inscripta, et angulorum eius puncta in superficie sphaerae sint α β γ δ. Ducatur per α rectae $\gamma\delta$ parallela $\varepsilon\zeta$; haec igitur aequales angulos cum $\alpha\gamma$ $\alpha\delta$ continebit (*scilicet* utrumque duarum tertiarum recti, in eodem plano cum $\alpha\gamma$ $\alpha\delta$ posita). Et erecta est $\alpha\beta$ aequales angulos cum $\alpha\gamma$ $\alpha\delta$ (*scilicet utrumque duarum tertiarum recti*) faciens; ergo secundum ea quae supra (*propos. 53*) demonstrata sunt rectae $\alpha\beta$ perpendicularis est $\varepsilon\zeta$, et sphaeram tanget. Nam si planum quod per $\delta\alpha$ $\alpha\gamma$ transit producatur, efficiet circulum, in quo triangulum aequilaterum $\alpha\delta\gamma$ inscriptum erit, et *ex constructione* rectae $\gamma\delta$ parallela est $\varepsilon\zeta$; ergo $\varepsilon\zeta$ circulum tanget, ideoque etiam sphaeram[1]). Planum igitur per $\varepsilon\zeta$ $\alpha\beta$ productum sectionem sphaerae efficiet circulum, cuius diametrus est $\alpha\beta$ propterea quod $\alpha\beta$ perpendicularis est rectae $\varepsilon\zeta$, quae similiter *ac modo demonstratum est circulum quoque* $\alpha\beta$ tangit. Et si per δ rectae $\alpha\beta$ parallela ducatur $\eta\vartheta$, haec sphaeram tanget, eique perpendicularis erit $\gamma\delta$. Et si planum quod per $\eta\vartheta$ $\gamma\delta$ transit producatur, circulum efficiet, cuius diametrus est $\gamma\delta$, aequalem et parallelum ei qui diametrum $\alpha\beta$ habet; parallelae enim sunt et $\varepsilon\zeta$ $\gamma\delta$ et $\alpha\beta$ $\eta\vartheta$ *). Ducatur per centrum $\varkappa$ rectae $\gamma\delta$ perpendicularis $\lambda\mu$; haec igitur rectae $\alpha\beta$ parallela est. Et si iungantur $\beta\lambda$ $\beta\mu$, erit $\beta\mu$ perpendicularis et rectae $\alpha\beta$ et $\lambda\mu$ itemque circulorum $\alpha\beta$ $\gamma\lambda\delta\mu$ planis, et $\beta\lambda$ diametrus sphaerae (hoc enim

1) "Quoniam enim $\varepsilon\zeta$ parallela est ipsi $\gamma\delta$, si a puncto α ipsi $\varepsilon\zeta$ ad rectos angulos ducatur $\alpha\varkappa$, secabit ea $\gamma\delta$ bifariam atque ad angulos rectos et per centrum transibit, quare $\varepsilon\zeta$ circulum et propterea ipsam sphaeram contingat necesse est ex 16. tertii libri elementorum et 17. primi libri conicorum Apollonii" *Co.* De Apollonii quod citatur theoremate conferendus est Eutocii commentarius.

*) "Sequitur illud ex 15. undecimi elem.; etenim duae rectae lineae sese tangentes $\varepsilon\zeta$ $\alpha\beta$ duabus rectis lineis sese tangentibus $\gamma\delta$ $\eta\vartheta$ parallelae sunt et non in eodem plano; ergo plana quae per ipsas ducuntur parallela erunt; circuli autem sunt aequales, cum aequales habeant diametros $\alpha\beta$ $\gamma\delta$" *Co.*

·πτομένη ABS, dativum corr. Co 22. ἐφάπτεται ABS, corr. *Hu* auctore Co 24. διὰ τοῦ $\overline{H\Theta\Gamma\Delta}$ AS, distinx. B, τῶν corr. *Hu* 26. αἱ $\overline{EZ\Gamma\Delta}$ A, distinx. BS *γάρ). καὶ ἐπεὶ ἐπιζευχθείσης τῆς ΜΓ τὸ ἀπὸ τῆς ΛΜ διπλάσιον τοῦ ἀπὸ τῆς ΜΓ, ἔσται καὶ τὸ ἀπὸ τῆς ΒΓ διπλάσιον τοῦ ἀπὸ ΓΜ. καὶ ὀρθὴ ἡ ὑπὸ ΒΜΓ· ἴση ἄρα ἡ ΒΜ τῇ ΜΓ, ὥστε διπλάσιον τὸ ἀπὸ ΛΜ τοῦ ἀπὸ ΜΒ· ἡμιόλιον ἄρα τὸ ἀπὸ ΒΛ τοῦ ἀπὸ ΛΜ. καὶ ἔστιν δοθεῖσα ἡ ΒΛ διάμετρος τῆς σφαίρας· δοθεῖσα ἄρα καὶ ἡ ΛΜ τοῦ κύκλου διάμετρος. καὶ οἱ κύκλοι θέσει, καὶ δοθέντα τὰ Α Β Γ Δ σημεῖα.*



87 *Καὶ ἡ σύνθεσις φανερά· δεήσει γὰρ ἐν τῇ σφαίρᾳ γράψαι δύο κύκλους ἴσους καὶ παραλλήλους, ὥστε τὴν διάμετρον τῆς σφαίρας ἡμιολίαν εἶναι δυνάμει τῆς ἑκατέρου διαμέτρου, καὶ ἀγαγεῖν δύο διαμέτρους παραλλήλους τὰς ΑΒ ΛΜ, ὡς προεμάθομεν, καὶ τῇ ΛΜ διὰ τοῦ κέντρου ὀρθὴν τὴν ΓΔ, καὶ ἔχειν τὰ σημεῖα τῶν γωνιῶν τῆς πυραμίδος τὰ Α Β Γ Δ. καὶ ἡ ἀπόδειξις ἀντίστροφος τῇ ἀναλύσει καὶ συναποδέδεικται ὅτι ἡ διάμετρος τῆς σφαίρας ἡμιολία ἐστὶ δυνάμει τῆς πλευρᾶς τῆς πυραμίδος.*

88 μθ'. *Εἰς τὴν δοθεῖσαν σφαῖραν κύβον ἐγγράψαι.*

Ἐγγεγράφθω καὶ ἔστω ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ τῆς σφαίρας

---

1. 2. *γὰρ ἐπὶ τῆς τὸ ἀπὸ τῆς ΛΜ διπλάσιον τοῦ ἀπὸ τῆς ΛΜΓ ἐπιζευχθείσης ἔσται* ABS, corr. *Hu* auctore *Co* 3. *ἀπὸ ΓΜ Co* pro *ἀπὸ ΓΒ* 5. 6. *διπλά*|//// // /*πὸ ΛΜ* A, *διπλάσιον* ... .. *λμ* S, corr. B 8. 9. *ΒΛ τοῦ* |///// *ὀρθὴ ἐστιν δοθεῖσα* A(B), *βλ τοῦ* .... *ἐστὶ δοθεῖσα* S, corr. *Co* 10. 11. *δοθεῖ*|//////////// *ΛΜ* A(S), *δοθεῖσα* .... *ἡ λμ* B, corr. *Co* 13. *τὰ ΑΒ ΓΔ* A, *τὰ αβ γ δ* B, etiam *α β* distinx. S 19. *διαμέτρου Hu* auctore *Co* pro *διάμετρος* 21. *ἔχειν*] exspectamus *ἕξομεν*, at eadem infinitivi structura infra cap. 89 et 91 redit 22. *τὰ ΑΒ ΓΔ* A, distinx. BS 24. *ἐστὶ* A³S, *ἐστὶν* B 25. *μθ'* add. BS

supra *propos. 49 et 50* demonstratum est). Et quia, iuncta $\mu\gamma$, est $\lambda\mu^2 = 2\mu\gamma^2$, erit etiam $\beta\gamma^2 = 2\mu\gamma^2$ (*est enim* $\beta\gamma = \alpha\beta = \lambda\mu$). Et, *quia* $\beta\mu$ *perpendicularis est ad planum circuli* $\gamma\lambda\delta\mu$, angulus $\beta\mu\gamma$ rectus est; ergo

$\beta\gamma^2 = \beta\mu^2 + \mu\gamma^2$. *Sed supra ostendimus* $\beta\gamma^2 = 2\mu\gamma^2$; *ergo*

$\beta\mu^2 = \mu\gamma^2$, *id est* $\beta\mu = \mu\gamma$. *Et est* $\beta\gamma = \lambda\mu$; ergo

$\lambda\mu^2 = 2\beta\mu^2$. *Et rursus, quia angulus* $\beta\mu\lambda$ *rectus est, erit* $\beta\lambda^2 = \lambda\mu^2 + \beta\mu^2$, itaque

$$\beta\lambda^2 = \frac{3\lambda\mu^2}{2}.$$

Et est data $\beta\lambda$ diametrus sphaerae; ergo etiam $\lambda\mu$ diametrus circuli data est. Et circuli $\alpha\beta \cdot \gamma\lambda\delta\mu$ positione *dati sunt; ergo diametri* $\alpha\beta$ $\gamma\delta$ *magnitudine et positione dati*, ideoque data puncta α β γ δ**).

Et compositio manifesta est. Oportebit enim in sphaera duos circulos aequales et parallelos ita describere, ut quadratum ex sphaerae diametro sesquialterum sit quadrati e diametro *circulorum*[2]), et ducere duas diametros parallelas $\alpha\beta$ $\lambda\mu$, ut supra (*propos. 44*) didicimus, et diametro $\lambda\mu$ per centrum perpendicularem $\gamma\delta$, et sic invenire angulorum pyramidis puncta α β γ δ. Et demonstratio contraria est analysi, *qua demonstratione facta* simul ostensum erit quadratum ex sphaerae diametro sesquialterum esse quadrati e latere pyramidis[3]).

IL. In datam sphaeram cubus inscribatur. Prop. 55

Sit iam inscriptus, et in superficie sphaerae sint puncta

**) In hac et proximis propositionibus scriptor tamquam consentaneum supponit unum angulorum in superficie sphaerae punctum positione datum esse (quod scilicet plane, ut libet, sumatur). Velut in hac propositione si punctum β datum esse statuimus, datae sphaerae diametrus $\beta\lambda$ data est et positione et magnitudine, unde reliqua facile efficiuntur; ac similiter in proximis propositionibus.

2) Vide append.

3) Demonstrationem a scriptore tamquam consentaneam omissam non difficile est restituere; et pauca eum in usum supplentur a Commandino, quae hic repetere alienum fuerit.

τὰ σημεῖα τῶν γωνιῶν αὐτοῦ τὰ Α Β Γ Δ Ε Ζ Η Θ, καὶ ἐκβεβλήσθω δι' αὐτῶν ἐπίπεδα· ποιήσει δὴ τομὰς κύκλους ἴσους καὶ παραλλήλους· καὶ γὰρ τὰ ἐν αὐτοῖς τετράγωνα [τοῦ κύβου] ἴσα τε καὶ παράλληλά ἐστιν. καὶ ἔσται ἐπεζευγμένη ἡ ΓΕ διάμετρος τῆς σφαίρας. ἐπεζεύχθω καὶ ἡ ΕΗ. ἐπεὶ διπλάσιον τὸ ἀπὸ ΕΗ τοῦ ἀπὸ ΕΘ, τουτέστιν τοῦ ἀπὸ ΗΓ, καὶ ὀρθὴ ἡ ὑπὸ ΓΗΕ γωνία, ἔσται τὸ ἀπὸ ΓΕ τοῦ ἀπὸ ΕΗ ἡμιόλιον. δοθὲν δὲ τὸ ἀπὸ ΓΕ· δοθὲν ἄρα καὶ τὸ ἀπὸ ΕΗ. καὶ ἔστιν διάμετρος τοῦ ΕΖΗΘ κύκλου· δοθεὶς ἄρα ὁ κύκλος, ὥστε καὶ ὁ ΑΒΓΔ καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς τετράγωνα καὶ τὰ τῶν γωνιῶν σημεῖα τοῦ κύβου.



89 *Καὶ ἡ σύνθεσις φανερά· δεῖ γὰρ κύκλους ἐν τῇ σφαίρᾳ γράψαι δύο παραλλήλους, καὶ ἴσων οὐσῶν τῶν διαμέτρων ἡμιολία ἔστω δυνάμει ἡ τῆς σφαίρας διάμετρος, καὶ ἐγγράψαι εἰς τὸν ἕτερον αὐτῶν τετράγωνον τὸ ΑΒΓΔ, καὶ τῇ ΒΓ ἀγαγεῖν ἐν τῷ ἑτέρῳ κύκλῳ παράλληλον τὴν ΖΗ ἴσην τῇ ΒΓ, ὡς προεδείξαμεν [καθόλου ἴσην τῇ δοθείσῃ], καὶ ἀπ' αὐτῆς τετράγωνον συμπληρῶσαι τὸ ΕΖΗΘ, καὶ ἔχειν τὸν κύβον ἐγγεγραμμένον. δειχθήσεται γὰρ ἀκολούθως τῇ ἀναλύσει τετράγωνον τὸ ΒΖΗΓ καὶ τὰ λοιπά, καὶ συναποδέδεικται ὅτι ἡ τῆς σφαίρας διάμετρος δυνάμει τριπλασίων τῆς τοῦ κύβου πλευρᾶς, καὶ ὅτι οἱ αὐτοὶ κύκλοι τὰς τῆς πυραμίδος καὶ τὰς τοῦ κύβου περιέχουσι γωνίας· καὶ*

---

1. *τὰ* $\overline{AB}\ \overline{\Gamma\Delta}\ \overline{EZ}\ \overline{H\Theta}$ A, distinx. BS 4. *τοῦ κύβου* B¹S, *τουτου κυβου* A, *τὰ τοῦ κύβου* B³, del. *Hu* 5. *ἐπιζευγνυμένη* B, *ἐπιζευγνυμένη* S 15. *τοῦ* $\overline{EZ}\ \overline{H\Theta}$ A, coniunx. BS 16. *ὁ* ante *κύκλος* add. *Hu* *καὶ ἡ* $\overline{AB}\ \overline{\Gamma\Delta}$ A(S), corr. B 20. *ἔστω Hu* auctore *Co* pro *ἔστιν* 21. *τὸ* $\overline{AB}\ \overline{\Gamma\Delta}$ A, coniunx. BS 23. *καθόλου — δοθείσῃ* interpolatori tribuit *Hu* 25. *κύβον Co* pro *κύκλον* 26. *τὸ* $\overline{BZ}\ \overline{H\Gamma}$ A, coniunx. BS 27. *τριπλασίων Hu* pro *τριπλάσιον* (conf. p. 150, 7)

angulorum eius $\alpha\ \beta\ \gamma\ \delta\ \varepsilon\ \zeta\ \eta\ \vartheta$, et per ea ducantur plana; haec igitur *sphaeram* secantia circulos aequales et parallelos efficient (namque item quadrata circulis inscripta aequalia et parallela sunt). Et iuncta $\gamma\varepsilon$ diametrus sphaerae erit (*propos. 50*). Iungatur etiam $\varepsilon\eta$. Quoniam est $\varepsilon\eta^2 = 2\,\varepsilon\vartheta^2 = 2\,\eta\gamma^2$, et rectus angulus $\gamma\eta\varepsilon$ (*propos. 49*), erit

$$\gamma\varepsilon^2 = \eta\gamma^2 + \varepsilon\eta^2 = \frac{3\,\varepsilon\eta^2}{2}.$$

Sed datum est $\gamma\varepsilon^2$ (*nam $\gamma\varepsilon$ diametrus sphaerae est*); ergo etiam $\varepsilon\eta^2$ datum. Et est $\varepsilon\eta$ diametrus circuli $\varepsilon\zeta\eta\vartheta$; ergo etiam ipse circulus datus est, itemque circulus $\alpha\beta\gamma\delta$, et quadrata in utroque inscripta, et puncta angulorum cubi [1]).

Et compositio manifesta est. Oportet enim in sphaera duos circulos parallelos describere aequalibus diametris, quarum quadrati sesquialterum sit quadratum ex sphaerae diametro (*propos. 54*), et in alterutrum circulum inscribere quadratum $\alpha\beta\gamma\delta$, et rectae $\beta\gamma$ in altero circulo rectam $\zeta\eta$ ducere parallelam et aequalem, quemadmodum supra (*propos. 43*) demonstravimus, et ex hac quadratum $\varepsilon\zeta\eta\vartheta$ complere, et sic invenire cubum inscriptum. Convenienter enim analysi demonstrabitur quadratum esse $\beta\zeta\eta\gamma$ et cetera [2]), *quo facto simul* ostensum erit quadratum ex sphaerae diametro triplum esse quadrati ex cubi latere, atque eosdem circulos et pyramidis et cubi angulos continere; namque etiam in illâ qua-

1) Conf. p. 145 adnot. ** ad propos. 54.

2) "Iungantur $\gamma\varepsilon$ $\varepsilon\eta$; erit $\gamma\varepsilon$ ipsius sphaerae diameter ex 50. huius. Et $\varepsilon\eta$ diameter circuli ex iis quae demonstravimus in 52. huius. Angulus autem $\gamma\eta\varepsilon$ est rectus; nam $\gamma\eta$ $\beta\zeta$ perpendiculares sunt ad plana circulorum ex 49. huius, quare et ad omnes rectas lineas, quae in eis ipsas contingunt. Cum igitur quadratum ex $\gamma\varepsilon$ sesquialterum sit quadrati ex $\varepsilon\eta$, et quadratum ex $\varepsilon\eta$ duplum quadrati ex $\zeta\eta$, sitque angulus $\gamma\eta\varepsilon$ rectus, erit quadratum ex $\gamma\varepsilon$ quadrati ex $\zeta\eta$ triplum. Rursus quadratum ex $\gamma\varepsilon$ cum sesquialterum sit quadrati ex $\varepsilon\eta$, erit quadrati ex $\eta\gamma$ triplum; quadratum igitur ex $\zeta\eta$ quadrato ex $\eta\gamma$ est aequale, et recta linea $\zeta\eta$ aequalis ipsi $\eta\gamma$. Sunt autem $\zeta\beta$ $\eta\gamma$ inter se aequales, et anguli $\gamma\eta\zeta$ $\beta\zeta\eta$ recti; ergo $\beta\zeta\eta\gamma$ quadratum erit. Et eadem ratione $\alpha\varepsilon\zeta\beta$ $\alpha\varepsilon\vartheta\delta$ $\delta\vartheta\eta\gamma$ quadrata demonstrabitur. Cubus igitur constitutus est in data sphaera, quod facere oportebat" *Co.*

γὰρ ἐπ' ἐκείνης ἡ διάμετρος τῆς σφαίρας ἡμιολία ἦν δυνάμει τῆς διαμέτρου τῶν κύκλων ἑκατέρου.

90 *ν'. Εἰς τὴν δοθεῖσαν σφαῖραν ὀκτάεδρον ἐγγράψαι.*

Ἐγγεγράφθω καὶ ἔστω σημεῖα τῶν γωνιῶν αὐτοῦ ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ τῆς σφαίρας τὰ Α Β Γ Δ Ε Ζ, καὶ ἐκβληθέντα τὰ δι' αὐτῶν ἐπίπεδα ποιείτω κύκλους τοὺς ΑΒΓ ΔΕΖ. ἐπεὶ ἀπὸ τοῦ Δ ἴσαι πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν προσπεπτώκασιν αἱ ΔΑ ΔΒ ΔΕ ΔΖ, ἔσται τὰ Α Ε Ζ Β ἐν ἑνὶ ἐπιπέδῳ [καὶ γὰρ αἱ ἀπὸ τοῦ κέντρου τῆς σφαίρας ἐπ' αὐτὰ ἐπιζευγνύμεναι ἴσαι εἰσίν]. καὶ εἰσὶν ἴσαι ἀλλήλαις αἱ ΑΒ ΒΖ ΖΕ, καὶ εἰσὶν ἐν κύκλῳ· τετράγωνον ἄρα τὸ ΑΕΖΒ, καὶ παράλληλος ἡ ΕΖ τῇ ΑΒ. ὁμοίως καὶ ἡ μὲν ΔΕ τῇ ΒΓ, ἡ δὲ ΔΖ τῇ ΑΓ· παράλληλοι ἄρα καὶ οἱ κύκλοι· καὶ ἴσοι ἀλλήλοις, ἐπεὶ καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς ἰσόπλευρα τρίγωνα ἴσα ἐστίν. καὶ ἐπεὶ ἐν σφαίρᾳ ἴσοι καὶ παράλληλοι κύκλοι εἰσίν, καὶ ἐν αὐτοῖς ἴσαι εὐθεῖαι καὶ παράλληλοι αἱ ΑΒ ΕΖ, καὶ εἰσὶν οὐκ ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη τῶν κέντρων, ἔσται ἐπιζευγνυμένη ἡ ΑΖ διάμετρος τῆς σφαίρας [καὶ αἱ ΑΕ ΖΒ ὀρθὰς μετὰ τῶν ΑΒ ΕΖ περιέξουσι γωνίας, ὡς προδέδεικται]. καὶ εἰσὶν ἴσαι αἱ ΑΕ ΕΖ· διπλάσιον ἄρα τὸ ἀπὸ ΑΖ τοῦ ἀπὸ ΖΕ. τὸ δ' ἀπὸ τῆς διαμέτρου τοῦ ΔΕΖ κύκλου ἐπίτριτον τοῦ ἀπὸ τῆς ΕΖ· ἡμιόλιον ἄρα τὸ ἀπὸ τῆς ΑΖ τοῦ ἀπὸ τῆς διαμέτρου τοῦ ΔΕΖ κύκλου· δοθεῖσα ἄρα ἡ διάμετρος, καὶ ὁ κύκλος, ὥστε καὶ ὁ ΑΒΓ καὶ τὰ ἐπ' αὐτῶν σημεῖα.

91 *Καὶ ἡ σύνθεσις ἀκολούθως· δεῖ γὰρ ὁμοίως ἐγγρά-*

---

3. $\overline{N}$ A[1] in marg. (BS) 4. *σημείων* A, *σημεῖον* B, corr. S 5. *τὰ* $\overline{AB\Gamma}$ $\overline{\Delta EZ}$ A, distinx. BS *ἐκβληθέντα* A[2] ex *ἐκ**βλήθε* 8. *τὰ* $\overline{AE}$ $\overline{ZB}$ AS *Co*, distinx. B 9. 10. *καὶ γὰρ — εἰσίν* interpolatori tribuit *Hu* 11. post *αἱ* $\overline{AB}$ repetit $\overline{AB}$ A, om. BS 13. *δὲ* om. A, add. BS 15. *ἴσα* add. A[2] super vs. 16. *καὶ* ante *ἐν αὐτοῖς* add. *Hu* auctore *Co* 17. *αἱ* add. *Hu*, item vs. 19 19. *καὶ αἱ ΑΕ* — 20. *προδεδείκται* tribuit *Hu* interpolatori, qui quidem verbis *ὡς προδέδεικται* significat propos. 51; at vero *αε εζ* ad rectos inter se angulos esse in hac ipsa propositione statim demonstratum est 22. *ἐπὶ τρίτον* ABS, corr. *Co* 25. *ἐπ' Hu* pro *ἀπ'*

dratum ex diametro sphaerae sesquialterum erat quadrati ex diametro utriusque circuli (*propos. 54*).

L. In datam sphaeram octaedrum inscribatur. Prop. 56



Sit iam inscriptum, et in superficie sphaerae sint puncta angulorum eius $\alpha\ \beta\ \gamma\ \delta\ \varepsilon\ \zeta$, et plana quae per ea ducuntur efficiant circulos $\alpha\beta\gamma$ $\delta\varepsilon\zeta$. Quoniam a puncto δ ad superficiem sphaerae aequales rectae $\delta\alpha$ $\delta\beta$ $\delta\varepsilon$ $\delta\zeta$ ductae sunt, erunt puncta $\alpha\ \varepsilon\ \zeta\ \beta$ in uno plano *circuli, cuius polus est* δ (*Theodos. sphaer. 1 def. 5*). Ac sunt aequales inter se rectae $\alpha\beta$ $\beta\zeta$ $\zeta\varepsilon$, eaedemque in *plano* circuli $\alpha\varepsilon\zeta\beta$; ergo quadratum est $\alpha\varepsilon\zeta\beta$, et parallelae $\varepsilon\zeta$ $\alpha\beta$. Similiter etiam $\delta\varepsilon$ $\beta\gamma$, et $\delta\zeta$ $\alpha\gamma$ inter se parallelae esse *demonstrantur;* ergo circuli $\delta\varepsilon\zeta$ $\alpha\gamma\beta$ inter se paralleli sunt (*elem. 11, 15*); iidemque aequales, quoniam triangula aequilatera in iis inscripta aequalia sunt. Et quoniam in sphaera sunt aequales et paralleli circuli $\alpha\beta\gamma$ $\delta\zeta\varepsilon$, in iisque aequales et parallelae rectae $\alpha\beta$ $\varepsilon\zeta$, neque hae ad easdem partes centrorum, iuncta $\alpha\zeta$ diametrus erit sphaerae (*propos. 50*). Et sunt aequales $\alpha\varepsilon$ $\varepsilon\zeta$; est igitur $\alpha\zeta^2 = 2\,\zeta\varepsilon^2$. Sed quadratum ex circuli $\delta\varepsilon\zeta$ diametro est $= \frac{4\,\varepsilon\zeta^2}{3}$ *); ergo quadratum ex $\alpha\zeta$ ad quadratum ex circuli $\delta\varepsilon\zeta$ diametro est $= 3 : 2$. *Sed data est* $\alpha\zeta$ (*quippe quae datae sphaerae sit diametrus*); ergo data est *circuli* $\delta\varepsilon\zeta$ diametrus, et *datus ipse* circulus; itaque etiam circulus $\alpha\beta\gamma$ datus est, itemque puncta *triangulorum aequilaterorum* circulis $\delta\varepsilon\zeta$ $\alpha\beta\gamma$ *inscriptorum* 1).

Et compositio convenienter *analysi se habet.* Oportet

*) Est enim quadratum ex $\varepsilon\zeta$ triplum quadrati ex radio circuli (elem. 13, 12). Sed quadratum ex diametro circuli est eiusdem radii quadruplum; ergo quadratum diametri ad quadratum ex $\varepsilon\zeta$ est ut 4 ad 3, hoc est ἐπίτριτον sive sesquitertium (*Co*).

1) Conf. p. 145 adnot. ** ad propos. 54.

Sit in sphaera maximus circulus $\varkappa\lambda\mu$ eiusque polus punctum ϑ, et a ϑ maximi circuli quadrans $\vartheta\nu\varkappa$ describatur, et circumferentia $\vartheta\nu\varkappa$ circa punctum ϑ, quod maneat, in superficie *sphaerae* versus λ μ feratur eoque unde egressa est redeat, atque *eodem tempore* punctum quoddam in circumferentia progrediens a puncto ϑ ad $\varkappa$ perveniat; hoc igitur in superficie helicem, qualis est $\vartheta o\iota\varkappa$, describit, *cuius proprietas est, ut,* si quaelibet a puncto ϑ describatur maximi circuli circumferentia (*circulum $\varkappa\lambda\mu$ primum in λ, helicem autem primum in o secans*), haec ad circumferentiam $\varkappa\lambda$ eandem proportionem habeat quam circumferentia $\lambda\vartheta$ ad ϑo. Iam dico, si maximi in sphaera circuli quadrans $\alpha\beta\gamma$ circa centrum δ exponatur et recta $\alpha\gamma$ iungatur, esse ut dimidiae sphaerae superficiem ad eam superficiem quae inter helicem $\vartheta o\iota\varkappa$ et circumferentiam $\vartheta\nu\varkappa$ continetur, ita sectorem $\alpha\beta\gamma\delta$ ad segmentum $\alpha\beta\gamma$.

*) Conf. Chasles p. 26, Bretschneider p. 181.

1) Sic ex nostra coniectura, quoniam praeter helicem in cylindro descriptam (propos. 28) aliae etiam eius generis lineae, velut conica helix (Chasles p. 28 adnot. 35), construuntur. Quodsi quis in una helice ab Herone definita consistere malit, is ἐπὶ κυλίνδρου et τὴν ἐπιφάνειαν praeferat.

ἔπειτα; de coniectura καὶ ἐπὶ κυλίνδρου vide Lat.) 5. τιν' pro τὴν *Hu* 6. οὕτως δὴ *Hu* pro οὕτω δὲ 8. 9. περι πολοντον $\overline{\Theta}$ A(BS), corr. *Hu* 11. 12. ἐπὶ τὰ $\overline{\Lambda A M}$ A(BS), corr. *Co* 15. μεγίστου *Hu* auctore *Co* pro μεγίστη τοῦ 16. 17. περιφέρειαν — ὃν add. *Hu* 18. τὸ $AB\Gamma$ περὶ *Hu* pro τοῦ $\overline{AB\Gamma}$ περιφέρεια 21. ἀπολαμβανομένης ABS, corr. *Hu* auctore *Co*

Ἤχθω γὰρ ἐφαπτομένη τῆς περιφερείας ἡ ΓΖ, καὶ περὶ κέντρον τὸ Γ διὰ τοῦ Δ γεγράφθω περιφέρεια ἡ ΔΕΖ· ἴσος ἄρα ὁ ΑΒΓΔ τομεὺς τῷ ΔΕΖΓ (διπλασία μὲν γὰρ ἡ πρὸς τῷ Δ γωνία τῆς ὑπὸ ΔΓΖ, ἥμισυ δὲ τὸ ἀπὸ ΔΔ τοῦ ἀπὸ ΔΓ)· ὅτι ἄρα καὶ ὡς αἱ εἰρημέναι ἐπιφάνειαι πρὸς ἀλλήλας, οὕτως ὁ ΔΕΖΓ τομεὺς πρὸς τὸ ΑΒΓ τμῆμα.

55 *ἔστω, ὃ μέρος ἡ ΚΛ περιφέρεια τῆς ὅλης τοῦ κύκλου περιφερείας, καὶ τὸ αὐτὸ μέρος περιφέρεια ἡ ΖΕ τῆς ΖΔ,*



καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΕΓ· ἔσται δὴ καὶ ἡ ΒΓ τῆς ΑΒΓ τὸ αὐτὸ μέρος. ὃ δὲ μέρος ἡ ΚΔ τῆς ὅλης περιφερείας, τὸ αὐτὸ καὶ ἡ ΘΟ τῆς ΘΟΔ. καὶ ἔστιν ἴση ἡ ΘΟΔ τῇ ΑΒΓ· ἴση ἄρα καὶ ἡ ΘΟ τῇ ΒΓ. γεγράφθω περὶ πόλον τὸν Θ διὰ τοῦ Ο περιφέρεια ἡ ΟΝ, καὶ διὰ τοῦ Β περὶ τὸ Γ κέντρον ἡ ΒΗ. ἐπεὶ οὖν ὡς ἡ ΔΚΘ σφαιρικὴ ἐπιφάνεια πρὸς τὴν ΟΘΝ, ἡ ὅλη τοῦ ἡμισφαιρίου ἐπιφάνεια πρὸς τὴν τοῦ τμήματος ἐπιφάνειαν οὗ ἡ ἐκ τοῦ πόλου ἐστὶν ἡ ΘΟ, ὡς δ' ἡ τοῦ ἡμισφαιρίου ἐπιφάνεια πρὸς τὴν τοῦ τμήματος ἐπιφάνειαν, οὕτως ἐστὶν τὸ ἀπὸ τῆς τὰ Θ Δ ἐπιζευγνυούσης εὐθείας τετράγωνον πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς ἐπὶ τὰ Θ Ο, ἢ τὸ ἀπὸ τῆς ΕΓ τετράγωνον πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς

6. ὁ ΑΕΓΖ A[s]S, corr. B 7. ὃ add. *Hu* 8. *περιφέρεια ἡ Hu*, ο δὲ μέρ ἡ A, ὁ δὲ μέρος ἡ B, ὃ δὲ μέρη S 11. ἡ ϑολ B[1], ἡ ΘΟΔ AB[2] (vel B[3]) S 15. *πρὸς τὴν ΟΘ Ν ἡ ολη τοῦ ἡμισφαιρίου ἐπιφάνεια* add. A[2] in marg. (BS), om. A[1] 16. *τὴν τοῦ τμήματος Co*, *τὴν τοῦ ἡμισφαιρίου* ABS, *τὴν ἐντὸς τοῦ ἡμισφαιρίου* coni. *Hu* *οὗ ἡ Co* pro *οὐχ* 17. *δ' ἡ Hu* auctore *Co* pro *δὴ* 18. *τὰ ΘΔ* A, distinx. B[1]S (*τὰ ϑ α* B[3]) 20. *τὰ ϑ ο ἢ* B, *τὰ ΘΟ η* A, *τὰ ϑοη* S, *τὰ Θ Ο, τουτέστι Co*

Ducatur enim circumferentiam tangens recta $\gamma\zeta$, et circa centrum γ per punctum α describatur circumferentia $\alpha\varepsilon\zeta$; ergo sector $\alpha\beta\gamma\delta$ sectori $\alpha\varepsilon\zeta\gamma$ aequalis est, quoniam $\angle\, \alpha\delta\gamma = 2 \angle\, \alpha\gamma\zeta$, et $\alpha\gamma^2 = 2\alpha\delta^2$[**]; dico igitur esse ut eas quas supra posui superficies inter sese, ita sectorem $\alpha\varepsilon\zeta\gamma$ ad segmentum $\alpha\beta\gamma$. Quae pars totius circuli circumferentiae est circumferentia $\kappa\lambda$, eadem pars circumferentiae $\zeta\alpha$ sit circumferentia $\zeta\varepsilon$, et iungatur recta $\varepsilon\gamma$; erit igitur circumferentiae $\alpha\beta\gamma$ eadem pars circumferentia $\beta\gamma$[***]. Sed quae pars totius circumferentiae est circumferentia $\kappa\lambda$, eadem pars circumferentiae $\vartheta o\lambda$ est circumferentia ϑo *ex helicis proprietate.* Et *ex constructione* est circumf. $\vartheta o\lambda$ = circumf. $\alpha\beta\gamma$; ergo etiam circumf. ϑo = circumf. $\beta\gamma$. Describatur circa polum ϑ per punctum o circulus $o\nu$, et per punctum β circa centrum γ circumferentia $\beta\eta$. Iam quia est ut sphaericae superficiei *sector*[2]) $\lambda\vartheta\kappa$ ad *sectorem* $o\vartheta\nu$, ita tota dimidiae sphaerae superficies ad superficiem eius segmenti quod polum ϑ basimque circulum $o\nu$ habet[3]), atque ut dimidiae sphaerae superficies ad eiusdem segmenti superficiem, ita, iunctis rectis $\vartheta\lambda$ ϑo, est $\vartheta\lambda^2$ ad ϑo^2[†]), sive $\varepsilon\gamma^2$ ad $\beta\gamma^2$, erit igitur ut is qui

**) Sector $\alpha\beta\gamma\delta$ est quarta pars circuli cuius radius $\alpha\delta$, et sector $\alpha\varepsilon\zeta\gamma$ octava pars circuli cuius radius $\alpha\gamma$. Et sunt inter sese circuli ut quadrata ex radiis; ergo 4 sect. $\alpha\beta\gamma\delta$: 8 sect. $\alpha\varepsilon\zeta\gamma = \alpha\delta^2 : \alpha\gamma^2 = \alpha\delta^2 : 2\alpha\delta^2$, id est sect. $\alpha\beta\gamma\delta$ = sect. $\alpha\varepsilon\zeta\gamma$ (*Co*).

***) Est enim circumf. $\zeta\alpha$: circumf. $\zeta\varepsilon = \angle\, \zeta\gamma\alpha : \angle\, \zeta\gamma\varepsilon$. Sed est $\angle\, \zeta\gamma\alpha = \frac{1}{2} \angle\, \alpha\delta\gamma$, et $\angle\, \zeta\gamma\varepsilon = \frac{1}{2} \angle\, \beta\delta\gamma$ (id quod efficitur ex elem. 3, 32 et 20); ergo circumf. $\zeta\alpha$: circumf. $\zeta\varepsilon$ = circumf. $\alpha\beta\gamma$: circumf. $\beta\gamma$. (Commandinus in eo errat, quod arcum $\lambda\kappa$ maximi circuli $\mu\lambda\kappa$ quadrantem esse opinatur, at vero punctum λ ad libitum sumptum est.)

2) Sector superficiei sphaericae ex usu Graeci scriptoris (vide p. 268, 1 et 4) similiter dicitur ac sector in plano circuli.

3) Quia arcubus $\lambda\kappa$ $o\nu$ idem angulus insistit, arcus $\lambda\kappa$ est eadem pars circuli $\mu\lambda\kappa$, quae pars est arcus $o\nu$ circuli $o\nu$, unde id quod supra positum est facile demonstratur. Conf. etiam adnot. ††.

†) Secundum Archim. de sphaer. et cylindr. 1 propos. 35, et quia quadratum ex $\vartheta\lambda$ aequale est duplo quadrato ex radio sphaerae, dimidiae sphaerae superficies aequalis est circulo cuius radius recta $\vartheta\lambda$; tum secund. Archim. ibid. propos. 48 segmenti $\vartheta o\nu$ superficies aequalis est circulo cuius radius recta ϑo. Et sunt circuli inter se ut quadrata ex radiis; ergo duae quae dictae sunt superficies inter se sunt ut $\vartheta\lambda^2$ ad ϑo^2.

ΒΓ, ἔσται ἄρα καὶ ὡς ὁ ΚΛΘ τομεὺς ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ πρὸς τὸν ΟΘΝ, οὕτως ὁ ΕΖΓ τομεὺς πρὸς τὸν ΒΗΓ. ὁμοίως δείξομεν ὅτι καὶ ὡς πάντες οἱ ἐν τῷ ἡμισφαιρίῳ τομεῖς οἱ ἴσοι τῷ ΚΛΘ, οἵ εἰσιν ἡ ὅλη τοῦ ἡμισφαιρίου ἐπιφάνεια, πρὸς τοὺς περιγραφομένους περὶ τὴν ἕλικα τομέας ὁμοταγεῖς τῷ ΟΘΝ, οὕτως πάντες οἱ ἐν τῷ ΑΖΓ τομεῖς οἱ ἴσοι τῷ ΕΖΓ, τουτέστιν ὅλος ὁ ΑΖΓ τομεύς,



πρὸς τοὺς περιγραφομένους περὶ τὸ ΑΒΓ τμῆμα τοὺς ὁμοταγεῖς τῷ ΓΒΗ. τῷ δ' αὐτῷ τρόπῳ δειχθήσεται καὶ ὡς ἡ τοῦ ἡμισφαιρίου ἐπιφάνεια πρὸς τοὺς ἐγγραφομένους τῇ ἕλικι τομέας, οὕτως ὁ ΑΖΓ τομεὺς πρὸς τοὺς ἐγγραφομένους τῷ ΑΒΓ τμήματι τομέας, ὥστε καὶ ὡς ἡ τοῦ ἡμισφαιρίου ἐπιφάνεια πρὸς τὴν ὑπὸ τῆς ἕλικος ἀπολαμβανομένην ἐπιφάνειαν, οὕτως ὁ ΑΖΓ τομεύς, τουτέστιν
56 *τὸ ΑΒΓΔ τεταρτημόριον, πρὸς τὸ ΑΒΓ τμῆμα. συνάγεται δὲ διὰ τούτου ἡ μὲν ἀπὸ τῆς ἕλικος ἀπολαμβανομένη ἐπιφάνεια πρὸς τὴν ΘΝΚ περιφέρειαν ὀκταπλασία τοῦ ΑΒΓ τμήματος (ἐπεὶ καὶ ἡ τοῦ ἡμισφαιρίου ἐπιφάνεια τοῦ ΑΒΓΔ τομέως), ἡ δὲ μεταξὺ τῆς ἕλικος καὶ τῆς βάσεως τοῦ ἡμισφαιρίου ἐπιφάνεια ὀκταπλασία τοῦ ΑΓΔ τριγώνου, τουτέστιν ἴση τῷ ἀπὸ τῆς διαμέτρου τῆς σφαίρας τετραγώνῳ.*

---

2. *πρὸς* et 3. *ὡς* add. *Hu* auctore *Co* 4. *οιείσιν οι ολη τοῦ* A(B), corr. S 6. *τῷ ΟΘΝ Hu* auctore *Co* pro *τῶι ΟΘΗ* *πάντες* et 10. *ἐπιφάνεια* add. *Hu* auctore *Co* 15. *ὡς* ante *τὸ ΑΒΓΔ* additum in ABS del. *Hu* 16. *ἀπὸ*] *μεταξὺ* supra p. 264, 20, *inter Co*, *ὑπὸ* coni. *Hu* 17. *καὶ τῆς ΘΝΚ περιφερείας* coni. *Hu*

est in superficie *sphaerae* sector $\lambda\vartheta\varkappa$ ad sectorem $o\vartheta\nu$, ita *in plano* sector $\varepsilon\zeta\gamma$ ad sectorem $\beta\eta\gamma$ ††). Similiter demonstrabimus esse etiam ut omnes sectores qui in dimidiae sphaerae *superficie* describuntur sectori $\lambda\varkappa\vartheta$ aequales[4]), quorum summa efficit totam dimidiae sphaerae superficiem, ad sectores helici circumscriptos ac sectori $o\vartheta\nu$ respondentes, ita omnes qui sunt in $\alpha\zeta\gamma$ sectores ipsi $\varepsilon\zeta\gamma$ aequales, id est totum sectorem $\alpha\zeta\gamma$, ad sectores segmento $\alpha\beta\gamma$ circumscriptos ac sectori $\gamma\beta\eta$ respondentes. Atque eadem ratione demonstrabitur esse ut dimidiae sphaerae superficiem ad *summam* sectorum qui helici inscribuntur, ita sectorem $\alpha\zeta\gamma$ ad *summam* sectorum qui segmento $\alpha\beta\gamma$ inscribuntur; ergo etiam ut dimidiae sphaerae superficies ad superficiem quae inter helicem *et circumferentiam* $\vartheta\nu\varkappa$ continetur, ita erit sector $\alpha\zeta\gamma$, id est quadrans $\alpha\beta\gamma\delta$, ad segmentum $\alpha\beta\gamma$. Unde colligitur superficiem quae ab helice ad circumferentiam $\vartheta\nu\varkappa$ pertinet octuplam esse segmenti $\alpha\beta\gamma$ (quoniam item, *id quod ex Archim. de sphaer. et cyl. 1, 35 efficitur,* dimidiae sphaerae superficies *octupla* est quadrantis $\alpha\beta\gamma\delta$), et superficiem quae inter helicem et basim dimidiae sphaerae continetur octuplam esse trianguli $\alpha\gamma\delta$, id est aequalem quadrato quod fit ex sphaerae diametro[5]).

††) Supponit igitur Graecus scriptor similes sectores inter se esse ut quadrata ex radiis, quod lemma per se consentaneum, si opus sit, demonstretur ex elem. 5, 15. 12, 2; sunt enim similes sectores eaedem suorum circulorum partes. Simile lemma infra legitur V propos. 13; et conf. ibid. propos. 17 adnot. * ac supra p. 237.

4) Fuit cum verba οἱ ἴσοι τῷ ΚΛΘ et paulo post οἱ ἴσοι τῷ ΕΖΓ delenda esse suspicarer; nam cum arcus $\lambda\varkappa$ ad libitum sumptus sit, non necesse est summam aequalium sectorum ipsam dimidiae sphaerae superficiem efficere, ac stat demonstratio, etiamsi quilibet sectores illi $\lambda\varkappa\vartheta$ non aequales sumantur. Verum ratio ab Archimede inventa probat hunc quoque scriptorem in quotquot minimas partes inter se aequales circumferentiam maximi circuli dividi voluisse; ergo hoc loco tacite supponere videtur arcum $\lambda\varkappa$ totius circumferentiae esse partem toto, non fracto, numero expressam.

5) Scilicet $8\ \Delta\ \alpha\gamma\delta = 4\ \alpha\delta^2 = (2\ \alpha\delta)^2$; et dupla $\alpha\delta$ est diametrus sphaerae.

57 *λϛʹ. Τὴν δοθεῖσαν γωνίαν εὐθύγραμμον εἰς τρία ἴσα τεμεῖν οἱ παλαιοὶ γεωμέτραι θελήσαντες ηὐπόρησαν δι᾽ αἰτίαν τοιαύτην. τρία γένη φαμὲν εἶναι τῶν ἐν γεωμετρίᾳ προβλημάτων, καὶ τὰ μὲν αὐτῶν ἐπίπεδα καλεῖσθαι, τὰ δὲ στερεά, τὰ δὲ γραμμικά. τὰ μὲν οὖν δι᾽ εὐθείας καὶ κύκλου περιφερείας δυνάμενα λύεσθαι λέγοιτ᾽ ἂν εἰκότως ἐπίπεδα· καὶ γὰρ αἱ γραμμαὶ δι᾽ ὧν εὑρίσκεται τὰ τοιαῦτα προβλήματα τὴν γένεσιν ἔχουσιν ἐν ἐπιπέδῳ. ὅσα δὲ λύεται προβλήματα παραλαμβανομένης εἰς τὴν εὕρεσιν μιᾶς τῶν τοῦ κώνου τομῶν ἢ καὶ πλειόνων, στερεὰ ταῦτα κέκληται· πρὸς γὰρ τὴν κατασκευὴν χρήσασθαι στερεῶν σχημάτων ἐπιφανείαις, λέγω δὲ ταῖς κωνικαῖς, ἀναγκαῖον. τρίτον δέ τι προβλημάτων ὑπολείπεται γένος τὸ καλούμενον γραμμικόν· γραμμαὶ γὰρ ἕτεραι παρὰ τὰς εἰρημένας εἰς τὴν κατασκευὴν λαμβάνονται ποικιλωτέραν ἔχουσαι τὴν γένεσιν καὶ βεβιασμένην μᾶλλον, ἐξ ἀτακτοτέρων ἐπιφανειῶν καὶ*

58 *κινήσεων ἐπιπεπλεγμένων γεννώμεναι. τοιαῦται δέ εἰσιν αἵ τε ἐν τοῖς πρὸς ἐπιφανείαις καλουμένοις τόποις εὑρισκόμεναι γραμμαὶ ἕτεραί τε τούτων ποικιλώτεραι καὶ πολλαὶ τὸ πλῆθος ὑπὸ Δημητρίου τοῦ Ἀλεξανδρέως ἐν ταῖς γραμμικαῖς ἐπιστάσεσι καὶ Φίλωνος τοῦ Τυανέως ἐξ ἐπιπλοκῆς πλεκτοειδῶν τε καὶ ἑτέρων παντοίων ἐπιφανειῶν εὑρισκόμεναι πολλὰ καὶ θαυμαστὰ συμπτώματα περὶ αὐτὰς ἔχουσαι. καί τινες αὐτῶν ὑπὸ τῶν νεωτέρων ἠξιώθησαν λόγου πλείονος, μία δέ τις ἐξ αὐτῶν ἐστιν ἡ καὶ παράδοξος ὑπὸ τοῦ Μενελάου κληθεῖσα γραμμή. τοῦ δὲ αὐτοῦ γένους ἕτεραι ἕλικές εἰσιν τετραγωνίζουσαί τε καὶ κοχλοειδεῖς καὶ κισσο-*

59 *ειδεῖς. δοκεῖ δέ πως ἁμάρτημα τὸ τοιοῦτον οὐ μικρὸν εἶναι τοῖς γεωμέτραις, ὅταν ἐπίπεδον πρόβλημα διὰ τῶν κωνικῶν ἢ τῶν γραμμικῶν ὑπό τινος εὑρίσκηται, καὶ τὸ σύνολον ὅταν ἐξ ἀνοικείου λύηται γένους, οἷόν ἐστιν τὸ ἐν τῷ πέμπτῳ*

---

1. $\overline{\lambda\varsigma}$ A[1] in marg. (B[3]S) 5. *οὖν* om. S 9. *εἰς τὴν γένεσιν* ABS, *εἰς τὴν κατασκευὴν* Co, corr. *Hu* 13. *δέ τι*] item supra p. 54, 16 corrigas pro *δ᾽ ἔτι* 17. *γενώμεναι* et alterum *ν* prim. m. superscr. A 21. *φίλωνος το τυ*ανεως* A 22. *πληκτοειδῶν* ABS, corr. *Hu* (conf. p. 262, 18) 23. *περὶ αὐτὰς* ABS, corr. *Hu* 26. 27. *ἕτεραί εἰσιν*

XXXVI. Datum angulum rectilineum cum antiqui geometrae in tres partes secare vellent, hac de causa haesitaverunt. Tria genera problematum geometricorum statuimus, quorum alia plana, alia solida, alia linearia vocamus[1]. Quae igitur per rectas lineas et circuli circumferentias solvi possunt, ea merito plana dicantur, quoniam lineae, per quas eiusmodi problemata solvuntur, in plano originem habent. Quorum autem problematum resolutio adsumptis una pluribusve coni sectionibus invenitur, haec solida appellata sunt; nam ad eorum constructionem solidarum figurarum superficiebus, nimirum conicis, uti necesse est. Tertium autem relinquitur problematum genus quod lineare vocatur; nam praeter eas quas diximus lineas aliae variam et contortiorem originem habentes, quae ex superficiebus minus ordinatis et motibus implicatis gignuntur, ad constructionem adhibentur. Quales sunt et lineae in locis qui ad superficies vocantur[2] repertae, et permultae aliae magis etiam variae a Demetrio Alexandrino in "linearibus constitutionibus" et a Philone Tyanaeo ex implicatione plectoidium[3] aliarumque variarum superficierum inventae, in quibus multae et mirabiles proprietates insunt. Et nonnullas ex his lineis longiore tractatione dignas iudicaverunt recentiores; sed una quidem vel maxime excellit, quam "mirabilem" Menelaus nuncupavit[4]. Atque eiusdem generis aliae sunt, *velut* helices *sive spirales*, tetragonizusae *sive quadratrices*, conchoides *sive conchiformes*, cissoides *sive hederae similes*. At geometrae non mediocriter errare videntur, si quando planum problema per conicas vel alias curvas lineas, atque omnino si quid per alienum genus solvunt,

1) Confer supra III cap. 20.

2) Conf. supra IV propos. 28.

3) Ibidem propos. 29.

4) Chasles, *Aperçu historique*, p. 23 versionis German.

καὶ ἕλικες καὶ τετραγωνίζουσαι καὶ κοχλ. ut scribamus, suadet libri III cap. 20 similitudo (nisi forte scriptor huius loci *ἕλικες* omisit, quo deleto *τε* post *τετραγ.* recte positum esse apparet) 27. *κογχοειδεῖς* S invitis AB 31. *πέμπτῳ*] immo *πρώτῳ* (vide adnot. 5 ad Latina) *τῶν Ἀπολλωνίου κωνικῶν ἐπὶ τῆς παραβολῆς πρόβλημα καὶ ἡ ἐν τῷ περὶ τῆς ἕλικος ὑπὸ Ἀρχιμήδους λαμβανομένη στερεοῦ νεῦσις ἐπὶ κύκλον· μηδενὶ γὰρ προσχρώμενον στερεῷ δυνατὸν εὑρεῖν τὸ ὑπ' αὐτοῦ γραφόμενον θεώρημα, λέγω δὴ τὸ τὴν περιφέρειαν τοῦ ἐν τῇ πρώτῃ περιφορᾷ κύκλου ἴσην ἀποδεῖξαι τῇ πρὸς ὀρθὰς ἀγομένῃ εὐθείᾳ τῇ ἐκ τῆς γενέσεως ἕως τῆς ἐφαπτομένης τῆς ἕλικος. τοιαύτης δὴ τῆς διαφορᾶς τῶν προβλημάτων ὑπαρχούσης οἱ πρότεροι γεωμέτραι τὸ προειρημένον ἐπὶ τῆς γωνίας πρόβλημα τῇ φύσει στερεὸν ὑπάρχον διὰ τῶν ἐπιπέδων ζητοῦντες οὐχ οἷοί τ' ἦσαν εὑρίσκειν· οὐδέπω γὰρ αἱ τοῦ κώνου τομαὶ συνήθεις ἦσαν αὐτοῖς, καὶ διὰ τοῦτο ἠπόρησαν· ὕστερον μέντοι διὰ τῶν κωνικῶν ἐτριχοτόμησαν τὴν γωνίαν εἰς τὴν εὕρεσιν χρησάμενοι τῇ ὑπογεγραμμένῃ νεύσει.*

60 *Παραλληλογράμμου δοθέντος ὀρθογωνίου τοῦ ΑΒΓΔ καὶ ἐκβληθείσης τῆς ΒΓ, δέον ἔστω διαγαγόντα τὴν ΑΕ ποιεῖν τὴν ΕΖ εὐθεῖαν ἴσην τῇ δοθείσῃ.*



Γεγονέτω, καὶ ταῖς ΕΖ ΕΔ παράλληλοι ἤχθωσαν αἱ ΔΗ ΗΖ. ἐπεὶ οὖν δοθεῖσά ἐστιν ἡ ΖΕ καὶ ἔστιν ἴση τῇ ΔΗ, δοθεῖσα ἄρα καὶ ἡ ΔΗ. καὶ δοθὲν τὸ Δ· τὸ Η ἄρα πρὸς θέσει κύκλου περιφερείᾳ. καὶ ἐπεὶ τὸ ὑπὸ ΒΓΔ δοθὲν καὶ ἔστιν ἴσον τῷ ὑπὸ ΒΖ ΕΔ, δοθὲν ἄρα καὶ τὸ ὑπὸ ΒΖ ΕΔ, τουτέστιν τὸ ὑπὸ ΒΖΗ·

---

2. *ἡ* add. *Hu* *περὶ τῆς ἕλικος*] *περὶ ἑλίκων* accuratius scriptor posuit infra cap. 78 2. 3. *στερεα νευσεις* A, *στερεὰ νεῦσις* B, *στερεαὶ νεύσεις* S, corr. *Hu* 3. *κύκλον Hu* pro *κύκλου* 6. *ἀγομενη εὐθεια* A, corr. BS 6. 7. *ἐκ τῆς γενέσεως*] *ἐκ τῆς ἐν τῇ γενέσει* coll. cap. 71 vel *ἐκ τοῦ ἐν ἀρχῇ* coni. *Hu* 7. *ἕως* add. *Hu* 9. *γωνίας* paene evanuit in A 10. *τ'* add. *Hu* 13. *ετριχατομησαν* (sine spir. et acc.) A, corr. BS 18. *γεγονέ*τω* A² ex *γέγονεν τω* 18. *ταῖς ΕΖ ΖΔ* — 20. *αἱ ΔΗ ΗΘ* ABS, corr. Co 24. *προσθέσει* ABS, distinx. *Hu* auctore *Co*, item p. 274, 1 25. 26. *τῶι ὑπὸ ΒΕ ΖΔ* et *τὸ ὑπὸ ΒΕΖΔ* A(BS), corr. *Co* 26. *ὑπὸ ΒΖΗ Co* pro *ὑπὸ ΒΘΗ*

quale est in quinto Apollonii conicorum libro problema de parabola [5]), vel illa quae in libro de helicibus ab Archimede adsumitur solidi inclinatio in circulum [6]); neque enim solidum adhibere opus est, ut theorema ab illo propositum inveniri possit, scilicet ut demonstretur circumferentiam circuli prima conversione *descripti* aequalem esse rectae quae a principio helicis ad tangentem ducitur [7]). Sic igitur cum problemata inter se differant, priores geometrae illud de anguli *sectione* problema, quod natura solidum est, per plana inquirentes solvere non potuerunt; nondum enim coni sectionibus uti consueverant eaque de causa ambigebant. Sed postea *alii* per conica angulum tripartito secuerunt, quod ut invenirent hanc quae sequitur inclinationem adhibuerunt.

Dato parallelogrammo rectangulo $\alpha\beta\gamma\delta$ et producta recta $\beta\gamma$, oporteat rectam $\alpha\varepsilon\zeta$ ita ducere, ut eius segmentum $\varepsilon\zeta$ *inter* $\delta\gamma$ *et productam* $\beta\gamma$ *abscissum* datae rectae aequale sit. Prop. 31

Factum iam sit, et rectis $\varepsilon\zeta$ $\varepsilon\delta$ parallelae ducantur $\delta\eta$ $\eta\zeta$. Iam quia recta $\varepsilon\zeta$ et data et ipsi $\delta\eta$ aequalis est, data igitur est $\delta\eta$. Et datum est punctum δ; ergo punctum η est ad circumferentiam circuli positione *dati* (*dat. defin. 6*). Et quoniam rectangulum $\beta\gamma\delta$ et datum est et rectangulo quod rectis $\beta\zeta$ $\varepsilon\delta$ continetur aequale, datum igitur rectangulum sub $\beta\zeta$ $\varepsilon\delta$, id est rectangulum $\beta\zeta\eta$ *). Ergo punctum η est

5) Quinto Apollonii conicorum libro ab Halleio ex Arabico sermone in Latinum converso theoremata de maximis et minimis continentur et in his complura de parabola inveniuntur; sed nullum est problema, quod ad hunc Pappi locum referri possit. Quare in promptu est suspicari πρώτῳ pro πέμπτῳ legendum esse, ac vituperari Apollonii primi libri propositionem 52, id est problema de parabolae in plano constructione. At vero alia quaestio est, num iure Apollonius reprehensus sit.

6) Conf. infra adnot. 1 ad propos. 42.

7) Idem theorema accuratius enuntiatum vide apud Archim. de helic. propos. 18.



*) Quia propter elem. 1, 43 rectangulum $\beta\gamma\varepsilon\pi$ rectangulo $\varepsilon o\nu\delta$ aequale est, rectangulum igitur $\alpha\beta\gamma\delta$ aequale est rectangulo $\alpha\pi o\nu$, id est rectangulo sub $\beta\zeta$ $\varepsilon\delta$, id est sub $\beta\zeta$ $\zeta\eta$ (*Co*).

τὸ Η ἄρα πρὸς ὑπερβολῇ. ἀλλὰ καὶ πρὸς θέσει κύκλου περιφερείᾳ· δοθὲν ἄρα τὸ Η.

61 λζʹ. Συντεθήσεται δὴ τὸ πρόβλημα οὕτως. ἔστω τὸ δοθὲν παραλληλόγραμμον τὸ ΑΒΓΔ, ἡ δὲ δοθεῖσα εὐθεῖα τῷ μεγέθει ἡ Μ, καὶ ἴση αὐτῇ ἔστω ἡ ΔΚ, καὶ γεγράφθω



διὰ μὲν τοῦ Δ περὶ ἀσυμπτώτους τὰς ΑΒΓ ὑπερβολὴ ἡ ΔΗΘ (τοῦτο γὰρ ἑξῆς ἀποδείξομεν), διὰ δὲ τοῦ Κ περὶ κέντρον τὸ Δ κύκλου περιφέρεια ἡ ΚΗ τέμνουσα τὴν ὑπερβολὴν κατὰ τὸ Η, καὶ τῇ ΔΓ παραλλήλου ἀχθείσης τῆς ΗΖ ἐπεζεύχθω ἡ ΖΑ· λέγω ὅτι ἡ ΕΖ ἴση ἐστὶν τῇ Μ.

Ἐπεζεύχθω γὰρ ἡ ΗΔ καὶ τῇ ΚΑ παράλληλος ἤχθω ἡ ΗΛ· τὸ ἄρα ὑπὸ ΖΗΛ, τουτέστιν τὸ ὑπὸ ΒΖΗ, ἴσον ἐστὶν τῷ ὑπὸ ΓΔΑ, τουτέστιν τῷ ὑπὸ ΒΓ ΓΔ. ἔστιν ἄρα ὡς ἡ ΖΒ πρὸς ΒΓ, τουτέστιν ὡς ἡ ΓΔ πρὸς ΔΕ, οὕτως ἡ ΓΔ πρὸς ΖΗ· ἡ ἄρα ΕΔ ἴση τῇ ΖΗ· παραλληλόγραμμον ἄρα τὸ ΔΕΖΗ· ἴση ἄρα ἡ ΕΖ τῇ ΔΗ, τουτέστιν τῇ ΔΚ, τουτέστιν τῇ Μ.

62 ληʹ. Δεδειγμένου δὴ τούτου τρίχα τέμνεται ἡ δοθεῖσα γωνία εὐθύγραμμος οὕτως.

Ἔστω γὰρ ὀξεῖα πρότερον ἡ ὑπὸ ΑΒΓ, καὶ ἀπό τινος σημείου κάθετος ἡ ΑΓ, καὶ συμπληρωθέντος τοῦ ΓΖ παρ-

---

1. ὑπερβολὴν ABS, corr. *Co* 2. περιφέρεια ABS, corr. *Hu* auctore *Co* 9. καὶ τῆς $\overline{ΔΓ}$ AB, corr. S 9. 10. τῆς $\overline{ΗΖ}$ A[2] ex τῆς $\overline{*Ζ}$ 13. ἔστιν τὸ ὑπὸ $\overline{ΓΔΑ}$ A, τῷ corr. BS 15. πρὸς $\overline{ΖΗ}$ A[2] ex πρὸς $\overline{*Η}$ 16. τὸ $\overline{δεζη}$ B[s], τὸ $\overline{ΔΕ}$ $\overline{ΖΗ}$ AS 18. $\overline{λη}$ add. S 20. γὰρ ὀξεῖα B[3], γὰρ ///// A, γὰρ ..... B[1]S καὶ ἀπό τινος BS, /// /πὸ //νος A

ad hyperbolam[1]; sed idem etiam ad circuli circumferentiam positione *datam;* ergo punctum η datum est.

XXXVII. Componetur problema sic. Sit datum parallelogrammum *rectangulum* $\alpha\beta\gamma\delta$, et magnitudine data recta μ, et huic, *productâ* $\alpha\delta$, aequalis sit $\delta\varkappa$, et describatur per punctum δ circa[2]) asymptotos $\alpha\beta$ $\beta\gamma$ hyperbola $\delta\eta\vartheta$ (hoc enim deinceps *propos.* 33 demonstrabimus), et per punctum $\varkappa$ circa centrum δ circuli circumferentia $\varkappa\eta$ hyperbolam in puncto η secans, et ipsi $\delta\gamma$ parallelâ ductâ $\eta\zeta$, *quae productam* $\beta\gamma$ *in* ζ *secet,* iungatur $\zeta\alpha$ *rectam* $\gamma\delta$ *in puncto* ε *secans;* dico rectam $\varepsilon\zeta$ ipsi μ aequalem esse.

Iungatur enim $\eta\delta$, et rectae $\varkappa\alpha$ parallela ducatur $\eta\lambda$; est igitur

$\zeta\eta \cdot \eta\lambda = \beta\zeta \cdot \zeta\eta$, et *propter Apollon. conic.* 2, 12

$\beta\zeta \cdot \zeta\eta = \gamma\delta \cdot \delta\alpha$, id est

$\beta\zeta \cdot \zeta\eta = \beta\gamma \cdot \gamma\delta$; ergo

$\beta\zeta : \beta\gamma = \gamma\delta : \zeta\eta$, id est (*quia* $\beta\zeta : \beta\gamma = \alpha\zeta : \alpha\varepsilon$, et *dirimendo* $\gamma\zeta : \beta\gamma = \varepsilon\zeta : \alpha\varepsilon = \gamma\varepsilon : \delta\varepsilon$, *et componendo* $\beta\zeta : \beta\gamma = \gamma\delta : \delta\varepsilon$)

$= \gamma\delta : \delta\varepsilon$; ergo est

$\zeta\eta = \delta\varepsilon$.

Et sunt parallelae; ergo parallelogrammum est $\delta\varepsilon\zeta\eta$; itaque $\varepsilon\zeta = \delta\eta = \delta\varkappa = \mu$.

XXXVIII. Hoc igitur demonstrato datus angulus rectilineus sic tripartito secatur. Prop. 32



Sit enim primum angulus acutus $\alpha\beta\gamma$, et a quolibet *rectae* $\beta\alpha$ puncto ducatur perpendicularis $\alpha\gamma$, et completo

1) "Ex conversa 12 secundi libri conicorum Apollonii; sequitur enim ut punctum η sit ad hyperbolam eandem, in qua est punctum δ" *Co.* Et conf. compositionem problematis.

2) Graecum $\pi\varepsilon\varrho\grave{\iota}$ eodem sensu redit infra propos. 33 et VII propos. 204. 205. 208, ubi Halleius quoque *circa* interpretatus est. Fortasse *iuxta* aptius videri poterat; sed ipsum vocabulum a Graeco scriptore usurpatum retinere maluimus.

αλληλογράμμου ἡ ΖΔ ἐκβεβλήσθω ἐπὶ τὸ Ε, καὶ παραλληλογράμμου ὄντος ὀρθογωνίου τοῦ ΓΖ κείσθω μεταξὺ τῶν ΕΔΓ εὐθεῖα ἡ ΕΔ νεύουσα ἐπὶ τὸ Β ἴση τῇ διπλασίᾳ τῆς ΑΒ (τοῦτο γὰρ ὡς δυνατὸν γενέσθαι προγέγραπται)· λέγω δὴ ὅτι τῆς δοθείσης γωνίας τῆς ὑπὸ ΑΒΓ τρίτον μέρος ἐστὶν ἡ ὑπὸ ΕΒΓ.

Τετμήσθω γὰρ ἡ ΕΔ δίχα τῷ Η, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΑΗ· αἱ τρεῖς ἄρα αἱ ΔΗ ΗΑ ΗΕ ἴσαι εἰσίν· διπλῆ ἄρα ἡ ΔΕ τῆς ΑΗ. ἀλλὰ καὶ τῆς ΑΒ διπλῆ· ἴση ἄρα ἐστὶν ἡ ΒΑ τῇ ΑΗ, καὶ ἡ ὑπὸ ΑΒΔ γωνία τῇ ὑπὸ ΑΗΔ. ἡ δὲ ὑπὸ ΑΗΔ διπλασία τῆς ὑπὸ ΑΕΔ, τουτέστιν τῆς ὑπὸ ΔΒΓ· καὶ ἡ ὑπὸ ΑΒΔ ἄρα διπλῆ ἐστιν τῆς ὑπὸ ΔΒΓ. καὶ ἐὰν τὴν ὑπὸ ΑΒΔ δίχα τέμωμεν, ἔσται ἡ ὑπὸ ΑΒΓ γωνία τρίχα τετμημένη.

63 

λθʹ. Ἐὰν δὲ ἡ δοθεῖσα γωνία ὀρθὴ τυγχάνῃ, ἀπολαβόντες τινὰ τὴν ΒΓ ἰσόπλευρον ἐπ' αὐτῆς γράψομεν τὸ ΒΔΓ, καὶ τὴν ὑπὸ ΔΒΓ γωνίαν δίχα τεμόντες ἕξομεν τρίχα τετμημένην τὴν ὑπὸ ΑΒΓ γωνίαν.

64 μʹ. Ἔστω δὲ ἀμβλεῖα ἡ γωνία καὶ τῇ ΓΒ πρὸς ὀρθὰς ἡ ΒΔ, καὶ τῆς μὲν ὑπὸ ΔΒΓ τρίτον ἀπειλήφθω μέρος ἡ ὑπὸ ΔΒΖ, τῆς δὲ ὑπὸ ΑΒΔ ὀξείας γωνίας τρίτον ἡ ὑπὸ ΕΒΔ (ταῦτα γὰρ ἡμῖν προδέδεικται)· καὶ ὅλης ἄρα τῆς ὑπὸ ΑΒΓ γωνίας τρίτον μέρος ἐστὶν ἡ ὑπὸ ΕΒΖ. ἐὰν δὲ τῇ ὑπὸ ΕΒΖ ἴσην συστησώμεθα πρὸς ἑκατέραν τῶν ΑΒΓ, τρίχα τεμοῦμεν τὴν δοθεῖσαν γωνίαν.



65 μαʹ. Τὸ δὲ ὑπερτεθὲν πρόβλημα νῦν ἀναλύσομεν. θέσει οὐσῶν δύο εὐθειῶν τῶν ΑΒΓ καὶ δοθέντος σημείου τοῦ

7. ἡ ΑΗ Co pro ἡ ΑΕ 12. διπλῆ bis scriptum in A, sed prius expunctum 13. ὑπὸ ΑΒΔ διχατέμωμεν (sic) ἔσται ἡ ὑπὸ bis scripta

parallelogrammo $\alpha\gamma\beta\zeta$ producatur $\zeta\alpha$ ad punctum ε, *quod quidem ita sumatur*, ut, iunctà $\beta\varepsilon$, segmentum eius $\delta\varepsilon$ inter rectas $\varepsilon\alpha$ $\alpha\gamma$ abscissum aequale sit duplae $\alpha\beta$ (hoc enim, si sit parallelogrammum rectangulum, *velut* $\alpha\gamma\beta\zeta$, fieri posse superiore *problemate* demonstratum est); iam dico dati anguli $\alpha\beta\gamma$ tertiam partem esse angulum $\varepsilon\beta\gamma$.

Bifariam enim recta $\delta\varepsilon$ secetur in puncto η, et iungatur $\alpha\eta$; aequales igitur inter se sunt rectae $\delta\eta$ $\eta\alpha$ $\eta\varepsilon$*), ideoque $\delta\varepsilon = 2\,\alpha\eta$. Sed *ex constructione* est $\delta\varepsilon = 2\,\alpha\beta$; ergo $\alpha\beta = \alpha\eta$, et $\angle\, \alpha\beta\delta = \angle\, \alpha\eta\beta$. Sed est $\angle\, \alpha\eta\beta = 2\,\angle\, \alpha\varepsilon\beta = 2\,\angle\, \delta\beta\gamma$; ergo etiam $\angle\, \alpha\beta\delta = 2\,\angle\, \delta\beta\gamma$. Itaque, si angulum $\alpha\beta\delta$ bifariam secuerimus, angulus $\alpha\beta\gamma$ erit tripartito sectus.

XXXIX. Sed si datus angulus $\alpha\beta\gamma$ rectus sit, sumemus rectae $\beta\gamma$ quodlibet punctum γ, et in basi $\beta\gamma$ aequilaterum triangulum $\beta\delta\gamma$ describemus, et angulo $\delta\beta\gamma$ bifariam secto habebimus angulum $\alpha\beta\gamma$ tripartito sectum.

XL. Sit autem angulus $\alpha\beta\gamma$ obtusus, et rectae $\beta\gamma$ perpendicularis *ducatur* $\beta\delta$, et anguli $\delta\beta\gamma$ abscindatur tertia pars angulus $\delta\beta\zeta$, atque item anguli acuti $\alpha\beta\delta$ tertia *pars* angulus $\varepsilon\beta\delta$ — haec enim a nobis supra (*XXXIX et XXXVIII*) demonstrata sunt — ergo totius $\alpha\beta\gamma$ anguli tertia pars est angulus $\varepsilon\beta\zeta$. Iam si angulo $\varepsilon\beta\zeta$ aequalem ad utramque rectarum $\alpha\beta$ $\beta\gamma$ constituerimus, datum angulum *obtusum* tripartito secabimus.

XLI. Iam vero problema *supra* (*XXXVII*) dilatum sol- Prop. 33
vemus[1]). Duabus rectis $\alpha\beta$ $\beta\gamma$, *angulum quemvis ad* β *con-*

*) Nam quia rectus est angulus $\delta\alpha\varepsilon$, punctum α est in circumferentia semicirculi $\delta\alpha\varepsilon$, cuius centrum η. (*Co.*)

1) Idem problema breviore ratione solvit Apollonius conic. 2 propos. 4, neque tamen haec quam Pappus tradit resolutio propria quadam laude caret. Unus problematis casus, si rectum angulum asymptoti contineant, infra VII propos. 204 tractatur, ubi vide adnot. 1.

in A 15. $\overline{\Delta\Theta}$ A[1] in marg. (S), om. B 18. *ὑπο* $\overline{\Delta\Gamma}$ *γωνίαν* AB, corr. S 21. $\overline{\mu}$ A[1] in marg. (S), om. B 26. *ὅλης Hu* auctore *Co* pro *ὅλη* 28. 29. *ἐὰν δὲ τῇ ὑπὸ EBZ* add. *Hu* 29. *συστησώμεθα* AS, *στησόμεθα* B 32. $\overline{\mu\alpha}$ A[1] in marg. (S), om. B

Δ γράψαι διὰ τοῦ Δ περὶ ἀσυμπτώτους τὰς ΑΒΓ ὑπερβολήν.

Γεγονέτω, καὶ γεγράφθω ἡ ΕΔΖ, καὶ ἤχθω ἀπὸ τοῦ Δ ἐφαπτομένη αὐτῆς ἡ ΑΔΓ, καὶ διάμετρος ἡ ΗΒΔ, καὶ τῇ ΒΓ παράλληλος ἡ ΔΘ. θέσει ἄρα αἱ ΗΔ ΔΘ, καὶ



δοθὲν τὸ Θ. καὶ ἐπεὶ ἀσύμπτωτοί εἰσιν αἱ ΑΒΓ τῆς ὑπερβολῆς, καὶ ἐφαπτομένη ἡ ΑΓ, ἴση ἄρα ἡ ΑΔ τῇ ΔΓ, καὶ τὸ ἀφ' ἑκατέρας αὐτῶν τετράγωνον ἴσον ἐστὶν τῷ τετάρτῳ τοῦ πρὸς τῇ ΗΔ εἴδους· ταῦτα γὰρ ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν κωνικῶν ἀποδέδεικται. ἐπεὶ οὖν ἴση ἡ ΓΔ τῇ ΔΑ, ἴση καὶ ἡ ΒΘ τῇ ΘΑ. καὶ δοθεῖσα ἡ ΒΘ· δοθεῖσα ἄρα καὶ ἡ ΘΑ. καὶ δοθὲν τὸ Θ· δοθὲν ἄρα καὶ τὸ Α· θέσει ἄρα ἡ ΑΔΓ. καὶ δοθεῖσα τῷ μεγέθει ἡ ΑΓ, ὥστε καὶ τὸ ἀπὸ ΑΓ δοθέν ἐστιν. καὶ ἔστιν ἴσον τῷ πρὸς τῇ ΗΔ εἴδει· δοθὲν ἄρα καὶ τὸ πρὸς τῇ ΗΔ εἶδος. καὶ δοθεῖσα ἡ ΗΔ (διπλῆ γάρ ἐστιν τῆς ΒΔ τῷ μεγέθει δεδομένης διὰ τὸ δοθὲν ἑκάτερον εἶναι τῶν Β Δ)· δοθεῖσα ἄρα καὶ ἡ ὀρθία τοῦ εἴδους πλευρά. γέγονεν δὴ πρόβλημα τοιοῦτον· θέσει καὶ μεγέθει δύο δοθεισῶν εὐθειῶν τῆς τε ΗΔ καὶ τῆς ὀρθίας γράψαι περὶ διάμετρον τὴν ΗΔ ὑπερβολήν, ἧς

---

3. *ἀπὸ*] *διὰ* voluit *Co* (at Graecus scriptor hoc significasse videtur:

tinentibus [2]), positione datis, datoque puncto δ, describatur per δ hyperbola circa asymptotos $\alpha\beta$ $\beta\gamma$.

Factum iam sit, et sit descripta *hyperbola* $\varepsilon\delta\zeta$, et ducatur per punctum δ tangens eam recta $\alpha\delta\gamma$, et diametrus $\eta\beta\delta$, et rectae $\beta\gamma$ parallela $\delta\vartheta$. Ergo rectae $\eta\delta$ $\delta\vartheta$ positione *datae sunt* (*dat. 26. 28*), et datum punctum ϑ (*dat. 25*). Et quoniam sunt rectae $\alpha\beta$ $\beta\gamma$ asymptoti hyperbolae, et tangens recta $\alpha\gamma$, aequales igitur sunt rectae $\alpha\delta$ $\delta\gamma$, et id quod ab utraque fit quadratum aequale est quartae parti figurae ad *diametrum* $\eta\delta$ *constitutae* (haec enim *ab Apollonio* secundi conicorum libri *propositione 3* demonstrata sunt). Iam quia est $\gamma\delta = \delta\alpha$, *propter parallelas* $\gamma\beta$ $\delta\vartheta$ est etiam $\beta\vartheta = \vartheta\alpha$. Et data est $\beta\vartheta$; ergo etiam $\vartheta\alpha$ data est (*dat. 2*). Et datum est punctum ϑ; ergo etiam α datum est (*dat. 27*); itaque recta $\alpha\delta$ positione ac magnitudine data est (*dat. 26*), itemque $\alpha\gamma$ (*quia* $\alpha\delta = \delta\gamma$). Ergo etiam quadratum ab $\alpha\gamma$ datum est (*dat. 52*), et est aequale figurae ad $\eta\delta$ *constitutae* [3]); ergo haec quoque figura data est. Et *magnitudine* data est recta $\eta\delta$ (est enim dupla $\beta\delta$, quae *propter dat. 26* magnitudine data est, quia utrumque punctorum β δ positione datum); ergo etiam rectum figurae latus (*sive parametrus*) datum est (*dat. 57*). Itaque problema huc reductum est: positione et magnitudine rectis $\eta\delta$ et *alterá, quae* rectum latus *vocatur*, datis, circa diametrum $\eta\delta$ describatur hyperbola,

2) Haec addita sunt ex Apollonii l. c.: *Ἔστωσαν δύο εὐθεῖαι αἱ ΑΒ ΑΓ τυχοῦσαν γωνίαν περιέχουσαι τὴν πρὸς τῷ Α.*

3) *Τὸ πρὸς τῇ ΗΔ εἶδος* dicitur rectangulum quod diametro $\eta\delta$ et parametro $\varkappa$ continetur. Conf. Apollon. conic. 2 propos. 4 et ipsum Pappum infra VII propos. 204, ac vide proximam adnot.

---

a puncto δ in utramque partem ducatur tangens δα δγ) 5. *αἱ* $\overline{H\Delta}$ $\overline{\Delta O}$ ABS, corr. *Co* 12. *καὶ ἡ* $\overline{\Theta A}$ A[2] in rasura (pro *καὶ* $\overline{\Theta A}$, ut videtur) 13. *καὶ* (ante *δοθεῖσα*) add. *Hu* auctore *Co* 14. *τὸ ἀπὸ ΑΓ* *Co*, *τὸ* $\overline{\Gamma\Delta}$ A[s]S, *τὸ* $\overline{\delta\gamma}$ B cod. *Co* 16. 17. *δεδομενηι διὰ δοθὲν* A, *δεδομένη διὰ δοθὲν* BS, corr. *Hu* auctore *Co* 17. *τῶν* $\overline{B\Delta}$ AS, distinx. B *παρ' ἣν δύνανται ἔσται ἡ λοιπὴ εὐθεῖα, καὶ αἱ καταγόμεναι τεταγμένως ἐπὶ τὴν ΗΔ παράλληλοι ἔσονται θέσει τινὶ εὐθείᾳ τῇ ΑΓ. τοῦτο δὲ αναλέλυται ἐν τῷ πρώτῳ τῶν κωνικῶν.*

66 *μβ'. Συντεθήσεται δὴ οὕτως. ἔστωσαν αἱ μὲν τῇ θέσει δοθεῖσαι εὐθεῖαι αἱ ΑΒΓ, τὸ δὲ δοθὲν σημεῖον τὸ Δ,*



καὶ τῇ μὲν ΒΓ παράλληλος ἤχθω ἡ ΔΘ, τῇ δὲ ΒΘ ἴση ἡ ΘΑ, καὶ ἐπιζευχθεῖσα ἡ ΑΔ ἐκβεβλήσθω ἐπὶ τὸ Γ, ἐπιζευχθεῖσα δὲ καὶ ἡ ΒΔ ἐκβεβλήσθω καὶ τῇ ΒΔ ἴση κείσθω ἡ ΒΗ, καὶ τῷ ἀπὸ τῆς ΑΓ ἴσον ἔστω τὸ ὑπὸ τῆς ΗΔ καὶ ἑτέρας τινὸς τῆς Κ, καὶ περὶ διάμετρον τὴν ΗΔ καὶ ὀρθίαν τὴν Κ γεγράφθω ὑπερβολὴ ἡ ΕΔΖ, ὥστε τὰς καταγομένας ἐπὶ τὴν ΗΔ παραλλήλους εἶναι τῇ ΑΓ· ἡ ἄρα ΑΓ ἐφάπτεται τῆς τομῆς. καὶ ἔστιν ἡ ΑΔ τῇ ΔΓ ἴση (ἐπεὶ καὶ ἡ ΒΘ τῇ ΘΑ), καὶ φανερὸν ὅτι τὸ ἀφ' ἑκατέρας τῶν ΑΔ ΔΓ τέταρτόν ἐστι τοῦ πρὸς τῇ ΗΔ εἴδους· αἱ ἄρα ΑΒΓ ἀσύμπτωτοί εἰσι τῆς ΕΔΖ ὑπερβολῆς· γέγραπται ἄρα διὰ τοῦ Δ περὶ τὰς δοθείσας εὐθείας ἀσυμπτώτους ὑπερβολή.

67 *μγ'. Καὶ ἄλλως τῆς δοθείσης περιφερείας τὸ τρίτον ἀφαιρεῖται μέρος, χωρὶς τῆς νεύσεως, διὰ στερεοῦ τόπου τοιούτου.*

cuius recta ad quam quadrata applicantur erit altera illa *quam diximus*, et eae quae ordinatim ad $\eta\delta$ deducuntur parallelae erunt rectae cuidam positione datae, *scilicet* $\alpha\gamma$ *). Hoc autem solutum est primi conicorum libri *propositione 53*.

XLII. Componetur hoc modo. Sint rectae positione datae $\alpha\beta$ $\beta\gamma$, et datum punctum δ, et ipsi $\beta\gamma$ parallela ducatur $\delta\vartheta$, et *ponatur* $\vartheta\alpha = \beta\vartheta$, et iuncta $\alpha\delta$ producatur ad γ, atque item iuncta $\delta\beta$ producatur, ipsique $\delta\beta$ aequalis ponatur $\beta\eta$, et quadrato ab $\alpha\gamma$ aequale sit rectangulum quod recta $\eta\delta$ et altera quadam $\varkappa$ continetur, et circa diametrum $\eta\delta$ et rectum latus (*sive parametrum*) $\varkappa$ describatur hyperbola $\varepsilon\delta\zeta$, ita ut eae quae *ordinatim* deducuntur ad $\eta\delta$ ipsi $\alpha\gamma$ parallelae sint; ergo recta $\alpha\gamma$ *coni* sectionem tangit (*conic. 1, 32*). Et est $\alpha\delta = \delta\gamma$ (*propter parallelas* $\delta\vartheta$ $\gamma\beta$, quia $\alpha\vartheta = \vartheta\beta$), atque apparet quadratum ab utraque rectarum $\alpha\delta$ $\delta\gamma$ quartam partem esse figurae quae est ad $\eta\delta$ **); ergo rectae $\alpha\beta$ $\beta\gamma$ asymptoti sunt hyperbolae $\varepsilon\delta\zeta$ (*conic. 2, 1. 2*); itaque per punctum δ circa datas rectas asymptotos hyperbola descripta est.

XLIII. Aliter datae circumferentiae tertia pars, non adsumpta inclinatione, abscinditur per huiusmodi locum solidum. Prop. 34

*) Horum verborum explicatio cum ex omni Apollonii conicorum opere tum e libri primi propos. 12 et 58 pendet. Capita doctrinae Apollonianae breviter ac luculenter exponit Chasles, *Aperçu* etc. p. 15 sq. versionis German.

**) Quoniam ex constructione est $\alpha\gamma^2 = \varkappa \cdot \eta\delta$, et $\alpha\delta = \delta\gamma = \frac{1}{2}\,\alpha\gamma$, est igitur $\alpha\delta^2 = \delta\gamma^2 = \frac{1}{4}\,\alpha\gamma^2 = \frac{1}{4}\,\varkappa \cdot \eta\delta$. Rectangulum autem quod rectis $\varkappa$ $\eta\delta$ continetur ipsa est figura quae supra "ad $\eta\delta$" (τὸ πρὸς τῇ *ΗΔ* εἶδος) dicitur (adnot. 3).

---

1. δύνανται AB, δύναται S ἡ λοιπὴ] ἡ *K* coni. *Co* (at conf. ἑτέρας τινὸς cap. 66 et παρὰ τὴν ἑτέραν εὐθεῖαν Apollon. conic. 1, 53) 5. $\overline{\mu\beta}$ add. S 11. 12. καὶ περὶ διάμετρον τὴν *ΗΔ* καὶ ὀρθίαν τῇ add. A² in marg. (BS); post τῇ in A una littera periit margine folii decurtato, itaque lacuna in S, $\bar{\alpha}$ autem interpolavit B, τὴν *K* corr. *Co* 20. $\overline{\mu\Gamma}$ A¹ in marg. (BS)

Θέσει ἡ διὰ τῶν Α Γ, καὶ ἀπὸ δοθέντων ἐπ' αὐτῆς τῶν Α Γ κεκλάσθω ἡ ΑΒΓ διπλασίαν ποιοῦσα τὴν ὑπὸ ΑΓΒ γωνίαν τῆς ὑπὸ ΓΑΒ· ὅτι τὸ Β πρὸς ὑπερβολῇ.



Ἤχθω κάθετος ἡ ΒΔ, καὶ τῇ ΓΔ ἴση ἀπειλήφθω ἡ ΔΕ· ἐπιζευχθεῖσα ἄρα ἡ ΒΕ ἴση ἔσται τῇ ΑΕ. κείσθω καὶ τῇ ΔΕ ἴση ἡ ΕΖ· τριπλασία ἄρα ἡ ΓΖ τῆς ΓΔ. ἔστω καὶ ἡ ΑΓ τῆς ΓΗ τριπλασία· ἔσται δὴ δοθὲν τὸ Η, καὶ λοιπὴ ἡ ΑΖ τῆς ΗΔ τριπλασία. καὶ ἐπεὶ τῶν ἀπὸ ΒΕ ΕΖ ὑπεροχή ἐστιν τὸ ἀπὸ ΒΔ, ἔστιν δὲ καὶ τὸ ὑπὸ ΔΑ ΑΖ τῶν αὐτῶν ὑπεροχή, ἔσται ἄρα τὸ ὑπὸ ΔΑΖ, τουτέστιν τὸ τρὶς ὑπὸ ΑΔΗ, ἴσον τῷ ἀπὸ ΒΔ· πρὸς ὑπερβολῇ ἄρα τὸ Β, ἧς πλαγία μὲν τοῦ πρὸς ἄξονι εἴδους ἡ ΑΗ, ἡ δὲ ὀρθία τριπλασία τῆς ΑΗ. καὶ φανερὸν ὅτι τὸ Γ σημεῖον ἀπολαμβάνει πρὸς τῇ Η κορυφῇ τῆς τομῆς τὴν ΓΗ ἡμίσειαν τῆς πλαγίας τοῦ εἴδους πλευρᾶς τῆς ΑΗ.

Καὶ ἡ σύνθεσις φανερά· δεήσει γὰρ τὴν ΑΓ τεμεῖν ὥστε διπλασίαν εἶναι τὴν ΑΗ τῆς ΗΓ, καὶ περὶ ἄξονα τὸν ΑΗ γράψαι διὰ τοῦ Η ὑπερβολήν, ἧς ὀρθία τοῦ εἴδους πλευρὰ τριπλασία τῆς ΑΗ, καὶ δεικνύναι ποιοῦσαν αὐτὴν τὸν εἰρημένον διπλάσιον λόγον τῶν γωνιῶν. καὶ ὅτι τῆς δοθείσης κύκλου περιφερείας τὸ γ' ἀποτέμνει μέρος ἡ τοῦ-

---

1. *τῶν* $\overline{ΑΓ}$ AB[1], distinx. B[2] (vel B[3]) S   *ἐπ' Hu* auctore *Co* pro *ἀπ'*   2. *τῶν* $\overline{ΑΓ}$ AS, distinx. B   *ποιοῦσαν* AS, corr. B   2. 3. *τὴν ὑπὸ ΑΓΒ Co* pro *τὴν ὑπὸ* $\overline{ΑΒΓ}$ 4. *προσυπερβολη* A, *πρὸς ὑπερβολὴν* B, corr. S   10. *ἔστω*] *κείσθω* coni. *Hu*   13. 14. *τῶν* pro *τὸ* corr. et *τὸ ἀπὸ ΒΔ* add. *Co*   15. *ἄρα Hu* pro *ἴσον*   16. *τρὶς ὑπὸ ΑΔΗ Co* pro *τρὶς ὑπὸ* $\overline{ΔΑΗ}$ *προσυπερβολή* AB, corr. S   19. *τὴν ΓΗ* om. S   24. *δεικνύναι Hu* pro *δείκνυται*   25. *τῶν γωνιῶν* om. S   26. *τὸ* $\overline{Γ}$ *ἀποτέμνειν* ABS, corr. *Hu* auctore *Co*   *ἡ* B, *η* A, *ἢ* S

Positione *data sit* recta $\alpha\gamma$, et a datis in ea punctis α γ inflectatur $\alpha\beta\gamma$, quae angulum $\alpha\gamma\beta$ duplum anguli $\gamma\alpha\beta$ efficiat [1]; dico punctum β esse ad hyperbolam [2].

Ducatur perpendicularis $\beta\delta$, et ipsi $\gamma\delta$ aequalis abscindatur $\delta\varepsilon$; ergo iunctâ $\beta\varepsilon$ *erit* $\angle\,\beta\varepsilon\gamma = \angle\,\beta\gamma\alpha = 2\,\angle\,\gamma\alpha\beta$ (*ex hypothesi*). *Sed est etiam* $\angle\,\beta\varepsilon\gamma = \angle\,\gamma\alpha\beta + \angle\,\alpha\beta\varepsilon$; *ergo* $\angle\,\gamma\alpha\beta = \angle\,\alpha\beta\varepsilon$, *itaque* erit $\beta\varepsilon = \alpha\varepsilon$. Ponatur etiam $\varepsilon\zeta = \delta\varepsilon$; ergo est $\gamma\delta = \frac{1}{3}\,\gamma\zeta$. *Sed* ponatur etiam $\gamma\eta = \frac{1}{3}\,\alpha\gamma$ (*elem.* 6, 9); ergo datum erit punctum η (*dat.* 2. 27), et erit $\gamma\eta - \gamma\delta = \frac{1}{3}\,(\alpha\gamma - \gamma\zeta)$, *id est* $\eta\delta = \frac{1}{3}\,\alpha\zeta$. Et quia est

$\beta\varepsilon^2 - \varepsilon\zeta^2 = \beta\delta^2$ (*est enim* $\beta\delta^2 = \beta\varepsilon^2 - \varepsilon\delta^2$, *et* $\varepsilon\delta = \varepsilon\zeta$), et

$\beta\varepsilon^2 - \varepsilon\zeta^2 = \delta\alpha\cdot\alpha\zeta$ (*est enim propter elem.* 2, 6 $\delta\alpha\cdot\alpha\zeta = \alpha\varepsilon^2 - \varepsilon\zeta^2$, *et, ut demonstravimus,* $\alpha\varepsilon = \beta\varepsilon$), est igitur

$\delta\alpha\cdot\alpha\zeta = \beta\delta^2$, id est (*quia demonstravimus esse* $\alpha\zeta = 3\,\eta\delta$)

$3\,\alpha\delta\cdot\delta\eta = \beta\delta^2$.

Ergo punctum β est ad hyperbolam, cuius transversum latus figurae ad axem *constitutae* est $\alpha\eta$, rectum autem latus triplo maius quam $\alpha\eta$ *). Et apparet rectam $\gamma\eta$, quae inter punctum γ et *coni* sectionis verticem η abscinditur, dimidiam partem esse transversi figurae lateris $\alpha\eta$.

Et compositio manifesta est. Oportebit enim rectam $\alpha\gamma$ ita secare, ut $\alpha\eta$ duplo maior sit quam $\eta\gamma$, et circa axem $\alpha\eta$ per punctum η describere hyperbolam, cuius rectum figurae latus sit triplo maius quam $\alpha\eta$, et demonstrare eam efficere duplam quam diximus angulorum proportionem. Atque hyperbolam hac ratione descriptam abscindere tertiam datae

1) Id est, punctum β ita sumatur, ut trianguli $\alpha\beta\gamma$ angulus $\alpha\gamma\beta$ duplus sit alterius qui est ad basim. Sed angulus $\alpha\gamma\beta$ aut acutus est, ut in hac demonstratione ac figura scriptor supponit, aut rectus, aut obtusus, quibus de casibus vide append.

2) Significat scriptor, quotcunque puncta β hoc modo sumantur, ea omnia esse ad eam hyperbolam quam postea ipse describit.

*) "Cum enim rectangulum $\delta\alpha\cdot\alpha\zeta$, hoc est quadratum ex $\beta\delta$, triplum sit rectanguli $\alpha\delta\cdot\delta\eta$, habebit quadratum ex $\beta\delta$ ad rectangulum $\alpha\delta\cdot\delta\eta$ proportionem eandem quam figurae rectum latus ad transversum, quare ex conversa 21. primi libri conicorum punctum β in hyperbola erit" *Co.* Et conf. p. 281 adnot. *

τον γραφομένη τὸν τρόπον ὑπερβολῇ συνιδεῖν ῥάδιον τῶν Α Γ σημείων περάτων τῆς περιφερείας ὑποκειμένων.

68 *μδʹ. Ἑτέρως δὲ τὴν ἀνάλυσιν τοῦ τρίχα τεμεῖν τὴν γωνίαν ἢ περιφέρειαν ἐξέθεντό τινες ἄνευ τῆς νεύσεως. ἔστω δὲ ἐπὶ περιφερείας ὁ λόγος· οὐδὲν γὰρ διαφέρει γωνίαν ἢ περιφέρειαν τεμεῖν.*

Γεγονέτω δή, καὶ τῆς ΑΒΓ περιφερείας τρίτον ἀπειλήφθω μέρος ἡ ΒΓ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΑΒ ΒΓ ΓΑ· διπλασίων ἄρα ἡ ὑπὸ ΑΓΒ τῆς ὑπὸ ΒΑΓ. τετμήσθω δίχα ἡ ὑπὸ ΑΓΒ τῇ ΓΔ, καὶ κάθετοι αἱ ΔΕ ΖΒ· ἴση ἄρα ἡ ΑΔ τῇ ΔΓ, ὥστε καὶ ἡ ΑΕ τῇ ΕΓ· δοθὲν ἄρα τὸ Ε. ἐπεὶ οὖν ἐστιν ὡς ἡ ΑΓ πρὸς ΓΒ, οὕτως ἡ ΑΔ πρὸς ΔΒ, τουτέστιν ἡ ΑΕ πρὸς ΕΖ, καὶ ἐναλλὰξ ἄρα ἐστὶν ὡς ἡ ΓΑ πρὸς ΑΕ, ἡ ΒΓ πρὸς ΕΖ. διπλῆ δὲ ἡ ΓΑ τῇ ΑΕ· διπλῆ ἄρα καὶ ἡ ΒΓ τῆς ΕΖ· τετραπλάσιον ἄρα τὸ ἀπὸ ΒΓ, τουτέστιν τὰ ἀπὸ τῶν ΒΖΓ, τοῦ ἀπὸ τῆς ΕΖ. ἐπεὶ οὖν δύο δοθέντα ἐστὶν τὰ Ε Γ, καὶ ὀρθὴ ἡ ΒΖ, καὶ λόγος ἐστὶν τοῦ ἀπὸ ΕΖ πρὸς τὰ ἀπὸ τῶν ΒΖΓ, τὸ Β ἄρα πρὸς ὑπερβολῇ. ἀλλὰ καὶ πρὸς θέσει περιφερείᾳ· δοθὲν ἄρα τὸ Β. καὶ ἡ σύνθεσις φανερά.

69 *μεʹ. Τὸ μὲν οὖν τὴν δοθεῖσαν γωνίαν ἢ περιφέρειαν τρίχα τεμεῖν στερεόν ἐστιν, ὡς προδέδεικται, τὸ δὲ τὴν δοθεῖσαν γωνίαν ἢ περιφέρειαν εἰς τὸν δοθέντα λόγον τεμεῖν γραμμικόν ἐστιν καὶ δέδεικται μὲν ὑπὸ τῶν νεωτέρων, γραφήσεται δὲ καὶ ὑφ᾽ ἡμῶν διχῶς.*

---

1. *συνειδειν* A, corr. BS 1. 2. *τῶν* $\overline{ΑΓ}$ A, distinx. BS 3. $\overline{μΔ}$ A[1] in marg. (BS) 5. *οὐδὲν* *Hu* auctore *Co* pro *οὐδὲ* 8. post *αἱ* *ΑΒ ΒΓ* add. *μέρος ἡ* $\overline{ΒΓ}$ ABS, del. *Co* 9. *ἄρα ἡ* $\overline{ΑΙΒ}$ AB[3], *ἄρα ἡ* $\overline{αβγ}$ B[1], corr. S 10. *αἱ* $\overline{ΔΕΖΒ}$ A, distinx. BS 11. *ἡ* $\overline{ΑΔ}$ *τῆς* AS, *τῇ* corr. S 15. *ἡ ΒΓ* (ante *τῆς ΕΖ*) *Co* pro *ἡ* $\overline{Β}$ 17. *τὰ* $\overline{ΕΓ}$ AB[1]S, distinx. B[3] (vel B[2]) 18. 19. *προσυπερβολη* A, acc. gravem add. B, corr. S 19. *καὶ τὰ προσθέσει περιφερείαις* ABS, corr. *Hu* auctore *Co* 21. $\overline{με}$ A[1] in marg. (BS) 23. *η περιφερεια* A[1], *ἢ περιφερειαν* corr. recentior manus (diversa, ut videtur, ab A[2]), *ἢ περιφέρειαν* BS

circuli circumferentiae partem facile intellegitur, siquidem puncta α γ termini circumferentiae supponuntur[3]).

XLIV. Alia ratione nonnulli resolutionem *problematis* de tripartita anguli vel circumferentiae sectione exposuerunt sine inclinatione. Sit autem in circumferentia proportio; nihil enim differt, angulumne an circumferentiam secemus.



Factum iam sit, et circumferentiae $\alpha\beta\gamma$ tertia pars $\beta\gamma$ sit abscissa, et iungantur rectae $\alpha\beta$ $\beta\gamma$ $\gamma\alpha$; ergo est $\angle\, \alpha\gamma\beta = 2 \angle\, \beta\alpha\gamma$. Bifariam secetur angulus $\alpha\gamma\beta$ rectâ $\gamma\delta$, et *ducantur* perpendiculares $\delta\varepsilon$ $\beta\zeta$; est igitur $\alpha\delta = \delta\gamma$**), itaque etiam $\alpha\varepsilon = \varepsilon\gamma$; ergo datum est punctum ε (*dat.* 7. 27). Iam quia est $\alpha\gamma : \gamma\beta = \alpha\delta : \delta\beta$ (*elem.* 6, 3) $= \alpha\varepsilon : \varepsilon\zeta$, vicissim igitur est $\alpha\gamma : \alpha\varepsilon = \gamma\beta : \varepsilon\zeta$. Sed est $\alpha\gamma = 2\,\alpha\varepsilon$; ergo etiam $\gamma\beta = 2\,\varepsilon\zeta$, ideoque $\gamma\beta^2 = 4\,\varepsilon\zeta^2$, id est $\beta\zeta^2 + \zeta\gamma^2 = 4\,\varepsilon\zeta^2$. Iam quia data sunt duo puncta ε γ, et perpendicularis *ducta est* $\beta\zeta$, et *data*[4]) est proportio $\varepsilon\zeta^2 : \beta\zeta^2 + \zeta\gamma^2$, punctum igitur β est ad hyperbolam[5]). Sed idem est ad circumferentiam positione *datam;* ergo datum est punctum β. Et compositio manifesta est.

XLV. Datum quidem angulum vel circumferentiam tripartito secare solidum est, ut demonstravimus; at datum angulum vel circumferentiam secare in datam proportionem lineare est, idque demonstratum a recentioribus; sed a nobis quoque duabus rationibus ostendetur. Prop. 35

3) Latius problematis compositionem persequitur Commandinus; praeterea multa hoc loco addi possunt, quae ad omne τόπων στερεῶν genus pertineant.

**) "Quia anguli $\overline{\delta\alpha\gamma}$ $\overline{\delta\gamma\alpha}$ sunt aequales" V[2].

4) Est scilicet $\varepsilon\zeta^2 : \beta\zeta^2 + \zeta\gamma^2 = 1 : 4$, ut statim demonstratum est.

5) "Demonstratur hoc a Pappo ad finem septimi libri propositione 237" *Co;* nihilo tamen minus idem interpres suo ingenio aliam et resolutionem et compositionem problematis apposuit.

70 *Ἔστω γὰρ κύκλου τοῦ ΚΑΘ περιφέρεια ἡ ΑΘ, καὶ δέον ἔστω τεμεῖν αὐτὴν εἰς δοθέντα λόγον.*



Ἐπὶ τὸ κέντρον αἱ ΑΒΘ, καὶ τῇ ΒΘ πρὸς ὀρθὰς ἡ ΒΚ, καὶ διὰ τοῦ Κ γεγράφθω τετραγωνίζουσα γραμμὴ ἡ ΚΑΔΓ, καὶ κάθετος ἀχθεῖσα ἡ ΑΕ τετμήσθω κατὰ τὸ Ζ, ὥστε εἶναι ὡς τὴν ΑΖ πρὸς ΖΕ, οὕτως τὸν δοθέντα λόγον εἰς ὃν διελεῖν θέλομεν τὴν γωνίαν, καὶ τῇ μὲν ΒΓ παράλληλος ἡ ΖΔ, ἐπεζεύχθω δὲ ἡ ΒΔ, καὶ κάθετος ἡ ΔΗ. ἐπεὶ οὖν διὰ τὸ σύμπτωμα τῆς γραμμῆς ἐστιν ὡς ἡ ΑΕ πρὸς ΔΗ, τουτέστιν πρὸς ΖΕ, ἡ ὑπὸ ΑΒΓ γωνία πρὸς τὴν ὑπὸ ΔΒΓ, διελόντι ἄρα ἐστὶν ὡς ἡ ΑΖ πρὸς ΖΕ, τουτέστιν ὡς ὁ δοθεὶς λόγος, οὕτως ἡ ἀπὸ ΑΒΔ γωνία πρὸς τὴν ὑπὸ ΔΒΓ, τουτέστιν ἡ ΑΜ περιφέρεια πρὸς ΜΘ.

71 *μς'. Ἑτέρως δὲ τέμνεται κύκλου τοῦ ΑΗΓ ἡ ΑΓ περιφέρεια. ὁμοίως ἐπὶ τὸ κέντρον αἱ ΑΒΓ, καὶ γεγράφθω διὰ τοῦ Β ἕλιξ ἡ ΒΖΔΓ, ἧς ἡ ἐν τῇ γενέσει εὐθεῖα ἡ ΓΒ, καὶ τῷ δοθέντι λόγῳ ὁ αὐτὸς ἔστω ὁ τῆς ΔΕ πρὸς ΕΒ, καὶ διὰ τοῦ Ε περὶ κέντρον τὸ Β κύκλου περιφέρεια ἡ ΕΖ τέμνουσα τὴν ἕλικα κατὰ τὸ Ζ, καὶ ἐπιζευχθεῖσα ἡ ΒΖ ἐκβεβλήσθω ἐπὶ τὸ Η· ἔστιν ἄρα διὰ τὴν ἕλικα ὡς ἡ ΔΒ πρὸς ΒΖ, τουτέστιν πρὸς ΒΕ, οὕτως ἡ ΑΗΓ περιφέρεια πρὸς ΓΗ, καὶ διελόντι ὡς ἡ ΔΕ πρὸς ΕΒ, οὕτως ἡ ΑΗ περιφέρεια πρὸς*



---

6. *τετραγωνίζουσα* A[1] ex *τετραγωνονουσα* 7. $\overline{ΚΑ}$ $\overline{ΔΓ}$ A, coniunx. BS 18. *πρὸς τῆι ὑπὸ* $\overline{ΔΒΓ}$ ABS, corr. *Hu* 19. $\overline{μς}$ A[1] in marg. (BS) *κύκλου* add. *Hu* auctore *Co* 21. *διὰ τοῦ Β*] *ἀπὸ τοῦ Β* coni. *Hu* collato cap. 31 *ἕλιξ ἡ* paene evanuerunt in A, itaque *ἕλιξ* omissum in cod. *Co*, *διὰ τοῦ * **** ἡ* B[1], corr. B[3]S *ΒΖΔΓ*] $\overline{ΖΞ}$ $\overline{ΔΓ}$

Sit enim circuli $\varkappa\lambda\vartheta$ circumferentia $\lambda\vartheta$, quam in datam proportionem secare oporteat.

Ad centrum *circuli ducantur* rectae $\lambda\beta$ $\vartheta\beta$, et ipsi $\vartheta\beta$ perpendicularis $\beta\varkappa$, et per punctum $\varkappa$ describatur linea quadratrix $\varkappa\alpha\delta\gamma$ *rectam* $\beta\lambda$ *in puncto* α *secans* [1]), et ducta perpendicularis $\alpha\varepsilon$ in puncto ζ ita secetur, ut proportio $\alpha\zeta : \zeta\varepsilon$ aequalis sit datae proportioni, in quam angulum secare volumus, et rectae $\beta\gamma$ parallela *ducatur* $\zeta\delta$, et iuncta $\beta\delta$ *producatur ad* μ *punctum circumferentiae*, et *ducatur* perpendicularis $\delta\eta$. Iam quia propter proprietatem lineae *quadratricis* est ut $\alpha\varepsilon$ ad $\delta\eta$, id est ad $\zeta\varepsilon$, ita angulus $\alpha\beta\gamma$ ad angulum $\delta\beta\gamma$ *)、dirimendo igitur est ut $\alpha\zeta$ ad $\zeta\varepsilon$, id est ut data proportio, ita angulus $\alpha\beta\delta$ ad angulum $\delta\beta\gamma$, id est circumferentia $\lambda\mu$ ad $\mu\vartheta$.

XLVI. Aliter autem circuli $\alpha\eta\gamma$ circumferentia $\alpha\gamma$ secatur *hoc modo* [2]).

Similiter ad centrum *ducantur* rectae $\alpha\beta$ $\gamma\beta$, et ab *initio* β describatur helix $\beta\zeta\delta\gamma$, cuius genetrix sit recta $\beta\gamma$ **), et datae proportioni aequalis sit $\delta\varepsilon : \varepsilon\beta$, et per punctum ε circa centrum β describatur circuli circumferentia $\varepsilon\zeta$ helicem in ζ secans, et iuncta $\beta\zeta$ producatur ad η *punctum circumferentiae circuli* $\eta\alpha\gamma$; est igitur propter helicis *proprietatem* ut recta $\delta\beta$ ad $\beta\zeta$, id est ad $\beta\varepsilon$, ita circumferentia $\gamma\eta\alpha$ ad $\gamma\eta$ ***), et dirimendo ut $\delta\varepsilon$ ad $\varepsilon\beta$, ita circumferentia $\alpha\eta$ ad

1) Tacite igitur scriptor supponit datam circumferentiam minorem esse circuli quadrante.

*) Ex huius libri cap. 45 (XXX) extr. efficitur esse ut circumferentias $\varkappa\vartheta : \lambda\vartheta : \mu\vartheta$, ita rectas $\varkappa\beta : \alpha\varepsilon : \delta\eta$; ergo propter elem. 6, 33 est $\alpha\varepsilon : \delta\eta = \angle\lambda\beta\vartheta : \angle\mu\beta\vartheta$.

2) Conf. Klügel, *Mathematisches Wörterbuch* vol. IV p. 412.

**) Conf. supra cap. 31, unde apparet hoc loco τὴν ἐν τῇ γενέσει εὐθεῖαν, quam nos breviter genetricem diximus, eandem esse atque illam ἀρχὴν τῆς περιφορᾶς.

***) Hoc ipsum demonstrat Archimedes de helic. propos. 14; sed idem etiam ex huius libri propos. 19 sine negotio efficitur.

A (B^3 et, ut videtur, cod. *Co*), $\overline{**\delta\gamma}$ B^1, corr. S *Co*   22. ἔσται AB, corr. S   29. ὡς ἡ $\overline{AB}$ AB cod. *Co*, corr. S *Co*   30. ἡ $\overline{AH\Gamma}$ *Co* pro ἡ $\overline{A\Gamma}$

ΗΓ. ὁ δὲ τῆς ΔΕ πρὸς ΕΒ λόγος ἐστὶν ὁ αὐτὸς τῷ δοθέντι· καὶ ὁ τῆς ΑΗ ἄρα περιφερείας πρὸς τὴν ΗΓ λόγος ὁ αὐτός ἐστιν τῷ δοθέντι· τέτμηται ἄρα: ~

72 μζ'. Ἐκ δὴ τούτου φανερὸν ὡς δυνατόν ἐστιν ἀπὸ δύο κύκλων ἀνίσων ἴσας περιφερείας ἀφελεῖν.



Γεγονέτω γάρ, καὶ ἀφῃρήσθωσαν ἴσαι αἱ ΑΗΒ ΓΘΔ, ἔστω δὲ μείζων ὁ περὶ κέντρον τὸ Ε· μείζων ἄρα ἡ ὁμοία τῇ ΓΘΔ τῆς ΑΗΒ. ἔστω οὖν τῇ ΑΗΒ ὁμοία ἡ ΓΘ· λόγος ἄρα ὁ τῆς ΑΗΒ πρὸς ΓΘ δοθείς· ὁ γὰρ αὐτός ἐστιν ταῖς ὅλαις τῶν κύκλων περιφερείαις ἢ ταῖς τῶν κύκλων διαμέτροις. ἴση δὲ ἡ ΑΗΒ τῇ ΓΘΔ· λόγος ἄρα δοθεὶς καὶ τῆς ΓΘΔ πρὸς τὴν ΓΘ. καὶ διελόντι. γέγονεν οὖν τέμνειν τὴν ΓΘΔ περιφέρειαν εἰς δοθέντα λόγον κατὰ τὸ Θ· τοῦτο δὲ προγέγραπται.

73 μη'. Ἰσοσκελὲς τρίγωνον συστήσασθαι ἔχον ἑκατέραν τῶν πρὸς τῇ βάσει γωνιῶν λόγον ἔχουσαν δοθέντα πρὸς τὴν λοιπήν.

